naturarū cause in deo sunt z omniū rerum causa nō nisi de⁹ est. Accedite vos ethyci. q̄ niam hic docet omniū agendoꝝ vera honestas. Nā bona z honesta vita nō aliūde formatur q̄ cū charitas obseruat. hec aūt de⁹ est. Accedite politici. quoniā hic docet omnium regēdoꝝ recta equitas. Nā tūc regende reipublice sal⁹ optime custodit cū cōmune bonū diligitur. hoc aūt sūmū atq; verissimum de⁹ est. Hic eñ docent logici qualiter deus uouit vt veritas. ego inquit veritatez dico quare vos nō creditis mihi. Joh. viij. Hic docent phylici qualiter de⁹ agit vt causalitas. Ego inquit sum alpha z o. principium z finis. Apocal. j. Hic docent ethyci q̄liter deus amat vt charitas. quia de⁹ charitas est z qui manet in charitate in deo manet et deus i eo. j. Joh. iiij. Hic docent politici q̄liter de⁹ regnat vt equitas. quia ipe iudicaturus est orbē in equitate. Actuū. xvij. Dec igit noue xpi doctrine summa hec est inquit hui⁹ libri sentētiaꝝ breuis sentētia. His itaq; auditis summa cū exultatiōe accedo ego ad hūc venerabilē senē pedes ipsi⁹ multipli ci osculoꝝ impressiōe cōsignans eidez viua voce salutatōis offero libamēta. ipsumq; d doctrina sua interrogās in admiratiue questionis cogoꝝ prumpere verba dicēs. Quenam doctrina hec noua. que fuit questio a pncipio ꝓposita vestris reuerētijs sepius repetita. Ad quā quidē questionez ꝑfatus ille venerabilis senex aperto suo sentētiaꝝ libro in quadripartito eiusdē volumīe sub q̄druplici cōclusione respōdet. Prima est q̄ hec ē doctrina p quā summa dei mysteria secreti⁹ reuelāt in pmo. Secūda est q̄ hec est doctrina p quā noua mūdi vestigia subtili⁹ declarant in secūdo. Tertia est q̄ hec ē doctrina p quā mira verbi cōmertia sublimius reserant in tertio. Quarta est. q̄ hec est doctrina p quā pia lapsi remedia suaui⁹ propinantur i quarto. Per ipam nāq; reuelant secretius velata mysteria summe trinitatis quoad primū. Per ipam declarant subtili⁹ creata vestigia noue entitatis. quo ad secundum Per ipam reserant sublimi⁹ sacra cōmertia mire charitatis. quo ad tertiū. Per ipam ꝓpinant suaui⁹ oblata remedia pie sanitatis. quo ad quartū. Nam in hoc quadripartito sentētiaꝝ libro tractat magister quadruplex doctrine xpi noue z euāgelice legis archanum euāgeliste Jobāni diuini⁹ inspiratus Joh. j. ca. Primū est q̄ in principio erat ꝙ bum z verbū erat apud deū z deus erat verbum. qd̄ est beate trinitatis summū mysterium. in primo libro. Secundū est q̄ oīa ꝙ ipsum facta sunt z sine ipo factū est nihil. qd̄ est create entitatis nouū vestigiū. in secūdo libro. Tertiū est q̄ verbū caro factū est. qd̄ est diuine charitatis mirū cōmerciū. in tertio libro. Quartū est q̄ habitauit in nobis z vidimus gloriā eius. qd̄ est humane sanitatis piū remediū. in quarto libro. Sic igit ꝑ hanc doctrinā alti⁹ erigit humanus ꝓspectus. quo ad primū. dulci⁹ instruit human⁹ aspectus. quo ad secundū. recti⁹ dirigit humanus ꝓfect⁹. quo ad tertiū. mitius corrigitur human⁹ defect⁹. quo ad quartū. Nā magister in hoc sentētiaꝝ libro correspōdenter ad ꝓmissa Ad erigendū prospectū hominis agit de cognitiōe dei pfecti luminis. in pmo Ad instruendū aspectū homis agit de creatione mūdi effecti germinis. in secūdo. Ad dirigendū prospectū homis agit de cōmunione ꝙbi affecti numinis. in tertio. Ad corrigendū defectū homis agit de curatiōe lapsi infecti seminis. in quarto. Dec sunt igit questiones respōsales ad questionē ꝓpositā. quas magister sententiaꝝ ptractat. de quarū prima nūc solū dicendū est reseruatis aliis suis locis. Prima igit cōclusio est huic pmo libro sentētiaꝝ respōdens. scz q̄ hec ē doctrina p quā summa dei mysteria secreti⁹ reuelant. per ipam nāq; reuelant secretius velata mysteria summe trinitatis. Naz in hoc primo sentētiaꝝ libro tractat magister illud doctrine xpi noue z euangelice legis archanum euāgeliste Jobāni diuini⁹ inspiratus Joh. pmo. In principio erat verbū et verbum erat apud deū z deus erat verbū. Qd̄ est beate trinitatis summū mysteriū. Ubi q̄so videte charissimi circa mysteriuz summe trinitatis quattuor secreti⁹ reuelari. Primū est paternalis originatio. quia in principio. id est. in patre. Secundū est filialis emanatio. quia erat verbū. id est. filius. Tertiū est personalis distinctio. quia verbū erat apud deū. Quartū est essentialis vnio. quia deus erat verbū. Dec est eñ hui⁹ primi libri sententiaꝝ principalis materia z sentētia generalis. Sic igitur ꝑ hanc doctrinā altius erigitur human⁹ prospect⁹. Nam magister in hoc primo ad erigendū prospectū hominis agit de cognitiōne dei pfecti luminis, oñdens

quantū humana patitur imbecillitas. quali
ter deus est sine qualitate bonus. sine diuer
sitate trinus. sine vicissitudine genitus. sine
duratione ꝓductus. sine transmutatiōe mis
sus. sine cōmutatiōe datus. sine quantitate
equaliter magnꝰ. sine multiplicitate multi/
pliciter nominatꝰ. sine momēto vndiq; sem
piternus. sine loco vbiq; totꝰ. sine mutabili
tate omnia mutabilia faciēs. sine necessita/
te omnia cōtingentia p̄sciens. sine fatigatio
ne omīa potens. sine affectiōe omīa volens.
sine repugnātia omnibꝫ presidēs. sine falla/
cia omnibꝫ precipiēs Hec est itaq; prime co
gnitionis sentētia. hec est huiꝰ libri p̄mi sen
tentiaꝝ doctrina ꝑ quā ad dei cognitionem
humanꝰ prospectꝰ altius erigitur. ꝑ quā de
us humano intellectui cōtemplādus osten
ditur. Nūc quidē per speculū ⁊ in enigmate
quousq; facie ad faciē beatifice videat̄. Qd̄
nobis cōcedere dignetur. qui est benedictꝰ
in secula seculorum Amen B

IUxta thema co
loris ⁊ circa materiā huiꝰ libri. imo
generaliter circa totā doctrinaꝫ le
gis xp̄i. talem formo titulū questionis. Utꝝ
doctrina xp̄i noua sit lex ꝑfectissima. Ar/
guitur ꝙ nō. quadruplici ratōne. Primo qꝛ
ip̄a nō est in p̄ceptis rectissima. Secūdo qꝛ
ip̄a non est in credēdis certissima. Tertō qꝛ
ip̄a nō est in meritis gratissima. Quarto q̄a
ip̄a nō est in premijs iustissima Igit̄ ip̄a nō
est lex ꝑfectissima. cōsequentia est manifesta
quia lex ꝑfectissima debet habere illas quat
tuor cōditiones. sed assumptū probat̄ ꝑ sin/
gulas partes. Primo probat̄ ꝙ lex xp̄i non
est in p̄ceptis rectissima. quia illa lex non est
in preceptis rectissima que precepit facere
illa que volūtas diuina nō vult fieri. et pro
hibet facere illa que volūtas diuina vult fi/
eri. sꝫ lex xp̄i est huiusmodi. igit̄ ⁊c̄. maior pa
tet. quia lex rectissima debet esse cōformis
cū voluntate diuina Sed minor probatur
quia lex xp̄i p̄cipit multa bona opa que non
fiunt. ⁊ multa mala prohibet opa que fiunt.
Nam multi peccāt obmittēdo vel cōmittē/
do cōtra legem xp̄i. Sed omīa opera q̄ nō
fiunt deus nō vult fieri. ⁊ omnia opa que fi
unt vult fieri. Ideo dicit euāgelista. Omīa
per ip̄m facta sunt ⁊ sine ip̄o factum ē nihil.
Joh. p̄mo. quare ⁊c̄. Secūdo probatur. ꝙ
lex xp̄i nō est in credēdis certissima que do/
cet credere illa que sunt cōtra rationē ⁊ quō
rum opposita sunt cōsona rationi. Sed lex
xp̄i est huiusmodi. igit̄ ⁊c̄. maior patet. quia
lex certissima debet esse probabilis ⁊ ratiōi
consona. sed minor probat̄. quia lex xp̄i do/
cet credere vnā essentiā simplicissimam esse
tres res ⁊ quamlibet illaꝝ vnam. ⁊ eandem
personā esse hominē ⁊ deum. vnā rem indi/
uiduam esse in pluribꝫ diuersoꝝ locoꝝ distā
tium ⁊ alia multa que apparēt manifeste con
tra rationē ⁊ quoꝝ opposita apparent cōsona
rationi. Ideo dicit apostolꝰ. ꝙ fides ē argu/
mentū nō apparentiū. ad Hebre. xj. quare ⁊c̄
Tertio probatur ꝙ lex xp̄i nō est in meritis
gratissima. quia illa lex nō est in meritꝫ gra/
tissima que imperat aliq̄d quod si non fiat:
demeritoriū est. ⁊ si fiat nō est meritorium.
sed lex xp̄i est huiusmodi. igitur ⁊c̄. Maior
patet. quia lex gratissima debet esse leuis et
promptior ad merita q̄ ad demerita. Sed
minor probat̄. quia lex xp̄i imperat credere
articulos fidei. Unde apostolꝰ ait. Sine fi
de inquit impossibile est placere deo. crede/
re em̄ oportet accedentē ad deū. ⁊c̄. ad He/
breos. xj. sed nō credere demeritoriū est. q̄a
qui nō crediderit cōdemnabit̄. Marci. vlti
mo. Credere vero nō est meritoriuꝫ. qd̄ de/
claro sic. quia nullꝰ actus meritorius est. q̄
non est liber seu in libera homīs potestate.
sed actus credēdi nō est liber cū sit actus in
tellectus ⁊ nō volūtatis. nec articulos fidei
credere est in libera homīs potestate. qꝛ pa/
ri ratione esset in libera hoīs potestate opi/
nari quecūq; vellet cū difficilius sit causare
assensum firmū ⁊ sine formidine: qualis est
assensus fidei q̄ assensum dubiū ⁊ cū formi
dine qualis est assensus opinionis. ⁊ tamen
ad experientiā patet ꝙ homo nō potest libe
re opinari quecūq; vult. quare ⁊c̄. Quarto
probatur ꝙ lex xp̄i nō est in p̄mijs iustissima
quia illa lex nō est in premijs iustissima que
tribuit malis maius suppliciū q̄ bonis pre
mium. sed lex Xp̄i est hmōi. igitur ⁊c̄. maior
patet. quia lex iustissima debet esse mitis ⁊ ꝓ
nior ad premia q̄ ad supplicia. sed minor pro
batur. quia lex xp̄i tribuit malis supplicium
quod est maius malū q̄ premiū beatificum
sit bonū. Quod declaro sic. quia s̄m legem
xp̄i duplex est pena malorū. scꝫ pena damni
⁊ pena sensus. Unde christꝰ. Discedite inq̄t
a me maledicti in ignē eternū. ⁊c̄. Matthei:
xxv. Ubi primo tangit̄ pena damni que est

priuatio premij beatifici cum ꝛc. Discedite a me maledicti. Secūdo tangitur pena sensus. que est afflictio infernalis tormēti. cum dicitur. in ignē eternum. Sed sola pena dāni siue priuatio premij beatifici est tam mala q̄ bonū est ipsum premiū beatificū. quia malicia alicuius priuationis nō potest mensurari nisi ex quantitate boni quod ipsa priuat ꝛ per cōsequens vtraq; pena simul ē maius malū q̄ premiū beatificū sit bonū. Quare ꝛc. Et hec pro parte negatiua questionis In oppositū vero pro parte affirmatiua arguitur sic. Legislatoris pfectissimi debet esse lex perfectissima. sed christꝰ fuit perfectissimus legislator qui ait. Non veni legē solue re sed adimplere. Matth. v. Igitur ꝛc.

¶ Pro declaratiōe proposite questionis animaduertendū est. q̄ licet doctrina legis christi multipliciter possit ostendi perfecta. tamē in speciali prout ad propositum sufficit: eius perfectio potest quadrupliciter declarari. Primo ex perfectiōe preceptoꝝ que ab ipsa iubētur. Secundo ex pfectione credendoꝝ que in ipsa docentur. Tertio ex perfectiōe meritoꝝ que sub ipsa habētur. Quarto ex perfectione premioꝝ que ex ipsa debētur. Jdeo iuxta quattuor p dicta puncta ꝛ correspōdenter ad quattuor argumēta ante oppositū facta: titulū proposite questionis diuidaz in quattuor titulos partiales. circa quattuor libros sententiarū diuina fauente gratia pertractādos.

Primus erit vtrū lex christi sit in preceptis rectissima

Secundus erit vtrū lex xpi sit in credendis certissima

Tertius erit vtrum lex christi sit in meritis gratissima.

Quartus erit vtrū lex christi sit in premijs iustissima.

Unde sub predictis quattuor titulis ī quattuor libris sentētiarum principijs. quattuor tractabo difficultates tactas in quattuor argumētis factis. p parte negatiua questionis. Prima erit de legis christi ꝛ diuine voluntatis recta cōformitate. Secūda erit de legis christi ꝛ sue veritatis certa pbabilitate. Tertia erit de legis christi meritoria credulitate. Quarta erit de legis christi premiatoria equalitate

D

Quantum igitur ad primū articulū nunc tractandum in quo querit Utrum lex christi sit in preceptis rectissima Uidendū est de legis xpi ꝛ diuine voluntatis recta cōformitate. Circa quē articulum tres difficultates querēde sunt. ꝛ tres cōclusiones declarāde. In prima videbitur qualiter volūtas diuina in genere legis obligātis est prima lex seu regula. In secūda videbitur qualiter hec prima lex creature rationalis est obligatoria. In tertia videbit qualiter huic prime legi summe cōformis est lex christi seu doctrina. ¶ Prima conclusio erit. Sicut diuina volūtas in genere cause efficientis est prima efficiēs causa. sic ipsa in genere legis obligātis est prima lex seu regula. Secunda cōclusio erit. sicut diuina voluntas est efficiēs causa. quia vult aliquid eē vl fieri. sic ipa est lex obligatoria. quia vult aliquid ad aliqualiter esse vel non esse teneri. ¶ Tertia cōclusio erit. sicut diuina voluntas est lex perfectissima rationalis creature. sic lex christi vel doctrina est signū perfectissimum volūtatis diuine. Ad declarationem autē cuiuslibet predictarū conclusionū sic procedam. Primo premittā aliquas propositiones pambulas. Secūdo inferā aliquas propositiones correlarias. Tertio proponā aliquas propositiōes collatiuas. Prima igitur cōclusio est. sicut diuina volūtas in genere cause efficiētis est prima efficiens causa. sic ipsa in genere legis obligantis est prima lex seu regula. prima pars autē huius cōclusionis cōmuniter cōceditur ab omnib philosophis. ideo supponit tanq̄ clara. sed ad declarationez secūde partis premitto aliquas preambulas propositiones. ¶ Prima propositio est. q̄ inter leges obligantes vna est lex simpliciter prima. probatur. quia sicut non est processus in infinitū in causis efficientibus. vt probat philosophꝰ scdo metha. c. iij. Sic nō est processus in infinitū in legibus obligantib. Igitur sicut ē deuenire ad vnā primā causam efficiētem. sic est deuenire ad vnā primā legem obligantez. quia consimilis est ratio in vno ꝛ in alio. quare ꝛc ¶ Secunda propositō est. q̄ nulla lex creata ē simpliciter prima. probat. quia sicut nulla res creata habet ex se potestatē creandi. sic nulla lex creata habet ex se potestatē obligandi.

quia vt ait apostolus Romanoꝝ. xiij. Non est potestas nisi a deo ꝛc. Igitur sicut nulla res creata est prima causa efficiens. sic nulla lex creata est prima lex obligans. quia sicut prima causa est inder est deus in causando. sic prima lex in obligando. Quare ꝛc.

¶ Tertia propositio est ꝙ diuina voluntas est lex simpliciter prima. probatur euidenter ex duabus predictis. quia sicut attribuitur voluntati diuine esse ꝑmam causam efficiẽtem. sic attribuendū est eidē esse primam legem obligantē. quia sicut primū est perfectionis. sic ⁊ secundum. quare ꝛc. Item probat per Augustinū. xxij. contra Faustum. vbi dicit ꝙ lex eterna est diuina mens seu voluntas ordinem naturalē seruari iubens. turbari vetans. sed lex eterna est lex simpliciter ꝑma. similiter nihil est prius voluntate diuina. quare ꝛc. Et sic patet secūda pars cōclusionis ꝛc. ¶ Quarta propositio est. ꝙ impossibile est rem aliquā obligari ab aliqua lege ⁊ non sic obligari a diuina volūtate. probatur. quia sicut impossibile est secundaz causam agere. prima causa nō agente. sic impossibile est legē aliquā obligare. prima lege nō obligante. Nam sicut prima causa plus influit in effectum q̄z secunda. vt dicit actor de causis. sic prima lex plus obligat q̄z quelibet alia. quare ꝛc. ¶ Quinta propositio est ꝙ possibile est rem aliquā obligari a diuina volūtate ⁊ non ab alia lege. Probatur. Quia sicut prima causa aliquid agit cum causa secunda non potest agere se sola. sic prima lex vel regula quidquid obligat cū lege alia potest obligare se sola. quia vtrobiq̄ consimilis est ratio. quare ꝛc. ¶ Sexta propositio est ꝙ impossibile est ꝙ aliqua res creata sit lex vel regula nisi sit diuine voluntati cōsona. Probatur. Quia sicut impossibile est ꝙ aliqua res creata sit causa nisi a prima causa. sic impossibile est ꝙ aliqua res creata sit lex vel regula nisi a lege prima. Igitur sicut impossibile est ꝙ aliqua causa sit prime cause cōtraria. sic impossibile est ꝙ aliqua lex vl regula sit prime legi dissona. quare ꝛc. Sic igitur probate sunt predicte sex propositōes preambule. ex quib⁹ patet declaratio totius conclusionis prime ¶ Et Sed ex predicta conclusione ⁊ eius declaratione infero aliquas propositiones correlarias. ¶ Primum correlariū est ꝙ nulla doctrina falsa ē lex obligatoria patet ex sexta propositiōe. qa nulla falsitas est diuine voluntati consona cum voluntas diuina sit veritas summa. igitur. ꝛc. ¶ Et quo sequitur ꝙ nec doctrina machometica. nec doctrina Mosayca litteraliter intellecta: est lex dicenda. De doctrina enim machometica certū est fidelibus ꝙ sit falsa. de doctrina mosayca ꝙ sit falsa. literaliter intellecta: satis patet. quia apostolus dicit. Littera occidit ¶ Secundum correlarium est. ꝙ nulla ꝺscientia erronea ē lex obligatoria. patet sicut precedens. Et quo sequitur ꝙ licet quilibet obligetur ad ñ agēdum contra suā conscientiā. tamen nullus obligatur ad agendū ꝼm suam conscientiā erroneam. Primū patet. quia quicūq̄z agit contra suā cōscientiam peccat. sicut patet p glosam magistri ad Romanos. xiij. sup illo verbo. Omne quod nō est ex fide peccatum est. Secundū patet. quia ꝺscientia erronea nullum obligat sicut dictum est. ¶ Tertium correlarium est ꝙ quidquid est iustum lege humana. est iustū lege diuina. patet ex quarta propositione. ꝛc. Et quo sequitur ꝙ nullum principis edictū. prelati preceptum. politicie statutū aut ecclesie decretū est iustum vel iuste obligatorium. nisi sit diuine legi cōsonum. patet ex predictis ⁊ similiter per Augustinum de vera religione. capl'o. xxij. et libro primo de libero arbitrio. vbi dicit ꝙ in temporali lege nihil est iustum quod non et eterna lege homines sibi diuinauerint. ꝛc. Ideo sicut ostendit Johānes salesberiēsis in suo policratico libro quarto. ca. vj. Omnium legū inanis est censura. si non diuine legis imaginē gerat. ¶ Quartum correlarium est. ꝙ quidquid est iustum iure poli. est iustum iure fori. ⁊ similiter econtra. patet ex predictis. Et similiter quia quidquid est iustum aliquo iure. est iustum iure diuino. Et quidquid diuino iure est iustum. nullo iure est iniustū. vt clarius est. quare ꝛc. ¶ Et quo sequitur ꝙ quidquid est iustum in foro interiori. est iustum in foro exteriori ¶ Et similiter ecōtra patet ex predictis. ⁊ similiter p articulum parisius cōdemnatus contra quosdam philosophantes. qui dicebant creationem esse impossibilē ꝼm philosophiā. et esse possibilem ꝼm fidē. Sic em in proposito irrationale esset dicere vnū contradictoriorū esse iustū aliquo modo. ⁊ alterum alio modo. Quare ꝛc. ¶ Quintū correlarium est ꝙ omne peccatū est cōmissio vel obmissio con

tra legis prohibitionem vel preceptum Unde hec est propria descriptio peccati que patet ex predictis. Et similiter per Augustinū xxij. contra Faustum. vbi dicit q̄ peccatum est dictum factū vel concupitū contra legez eternam. Igitur .rē. ¶ Sextum correlarium est. q̄ nullū est ex se peccatum sed precise quia lege prohibitū. Unde hoc est cōtra bugolinum. q. vltima tertij libri. quod tamen patet ex dictis. Et similiter quia nullus est peccator nisi quia preuaricator. Unde psalmista ait. Preuaricatores reputaui omnes peccatores terre. Preuaricatio autē est legis transgressio. Quia scōm apostolū Romanorum. iiij. Ubi nō est lex nec preuaricatio. igitur .rē. Sic igitur circa p̄mam conclusionē probare sunt sex propositiones preambule z inde illate sex propositiones correlarie. Et hec de prima conclusione. ¶ Secunda conclusio est. Sicut diuina voluntas ē efficiens causa. quia vult aliquid esse vel fieri. sic ipa est lex obligatoria. quia vult aliq̄d ad aliqualiter esse vel non esse teneri. ¶ Prima pars huius cōclusionis cōcorditer ponitur ab omnibus theologis. ideo supponitur tanq̄m clara. ¶ Sed ad declarationez secunde partis premitto aliquas propositiones preambulas. ¶ Prima propositio est q̄ diuina voluntas aliquid vult esse vel fieri ad quod non sequitur aliquid obligari. Probatur. Quia vult celum moueri. solem oriri. se esse deum. se esse trinū suppositum. et sic de alijs multis ad que non sequitur aliquid obligari. sicut patet intuenti. Igit .rē. Et tale velle dei siue diuinū beneplacitum potest vocari velle non obligans. ¶ Secūda propositio est q̄ diuina voluntas aliq̄d vult esse vel fieri. ad quod sequitur aliquid obligari. Probatur. Quia vult quemlibet viatorem teneri ad habendum charitatem. teneri ad nō mentiēdum. teneri ad non odiendum deū aut proximū. Et sic de alijs multis ad que seq̄tur aliquid obligari. sicut patet z aliter nullus peccaret. Igitur .rē. et tale velle dei seu diuinum beneplacitum potest vocari velle obligatorium. ¶ Tertia propositio est. q̄ diuina voluntas si aliq̄d vult ad aliqualiter esse vel non esse teneri ad hoc conuertibiliter consequitur illud obligari. Probatur. Quia sequitur Deus vult viatorem teneri ad esse in charitate. z ad non esse in cupiditate. ergo viator ad hoc obligatur z similiter econtra sequitur. z sic est in alijs omnibus. Unde ad istum sensum posita est secunda pars predicte conclusionis. scilicet q̄ diuina voluntas est lex obligatoria alicui rei. quia vult ipam ad aliqualiter esse vl nō esse teneri. Nec enim propositio est vna causalis. non q̄dem denotans antecedentis ad cōsequens causalitatē propriam. sed cōuertibilitatem per cōsequentiam mutuā. et q̄d quid sit in primo sensu. tamen in secūdo sensu ipa est vna. Et sic patet secunda pars cōclusionis .rē. ¶ Quarta propositio est q̄ diuinum velle omnē creaturam rationalem z solum talē potest obligare. Probatur. quia deus potest velle omnē creaturam rationalem z nullam aliā teneri ad aliqualiter esse vel non esse. Igitur .rē. tenet cōsequentia p iam dicta z antecedēs quo ad vtramq; partem declaratur. ¶ Unde ad declarationez ipsius z similiter omniū precedentiuz et sequentium videndū est quid importatur per ista ꝓba obligari z teneri. Dico igitur q̄ obligari est teneri ad aliqualiter esse vel nō esse. siue ad aliquam dispositionē habendam vel aliqua dispositione carendū. Sed teneri est habere a suo superiori prohibitionem vel preceptū de aliquo existente in inferiorꝭ libera potestate. Iste autē descriptiones sūt terminorum declaratōnes. ideo non possūt probari. sed apparent rationabiles cuilibet recte intuenti. Et inde patet clare ꝓpositum. ¶ Ex istis sequūtur aliqua. ¶ Primo seq̄tur q̄ possibile est rationalem creaturā deo beatifice cōiunctam vel etiā ypostatice vnitam ad aliquid obligari. ¶ Secundo sequitur q̄ possibile est deum licet non scōm naturam diuinam. tamen ꝑm humanaz ad aliquid obligari. quodlibet istorū patet ex dictis. tamen pro vltimo facit specialiter illō quod Christꝰ dicit de seipo Luce duodecimo. Baptismo inquit habeo baptizari et q̄ modo coartor vsq; dum perficiatur .rē.

¶ Tertio sequitur q̄ impossibile est naturam irrationalē esse peccabiliter culpabilez ¶ Quarto sequitur q̄ impossibile est naturam rationalem esse naturaliter impeccabilem. quodlibet istorū patz ex predictis. quia vbi non est arbitrij libertas. ibi esse non potest peccati difformitas. z vbi est arbitrij libertas. ibi esse non potest naturalis impeccabilitas. B ¶ Quinta propositio est q̄ diuinum velle ad nullum impossibile potest

obligare.probatur ex predictis.quia nullū impossibile est in rationalis creature libera potestate. Igitur ꝛc. Tamen ad declaratio nem istius distinguendū est ꝙ creaturaꝫ rationalem obligari ad impossibile dupliciter potest intelligi. Uno modo proprie. scilicet ꝙ obligetur ad faciendū impossibile. Alio modo improprie.scilicet ꝙ obligetur ad volendū impossibile. Primus autem modus multū differt a secundo modo.quia primus nō est in alicuius potestate. secundus vero scōm multos est in libera potestate voluntatis create.quia ſm Aristotelem tertio ethycorum Uoluntas nō solum est possibilium sed etiam bene impossibilium ꝛc. ¶ Ex istis sequūtur aliqua. ¶ Primo sequitur ꝙ nobis est euidens ꝙ nihil potest primo modo ad impossibile obligari. Patet.quia ad hoc euidenter sequitur cōtradictio.vt clare potest ostendi ex dictis. ¶ Secundo sequitur quod nobis nō est euidens ꝙ nihil possit secundo modo ad impossibile obligari.patet. quia ad hoc nō sequitur euidenter contradictio.sicut iam patuit.imo aliqui de facto concedunt ꝙ peccator illo modo obligatur ad volendū peccatum suū non fuisse. Hoc autē scōm articulū parisiensem est impossibile.quia impossibile est preteritum non fuisse.vt dicit articulus. Igitur ꝛc. ¶ Tertio sequitur qō probabile est.ꝙ nullus ō facto illo secundo modo obligatur ad impossibile.patet.quia talis obligatio videretur irrationabilis.sicut alias magis ostendam. ¶ Item beatus Hieronimus dicit. Maledictus qui dicit hominē ad impossibile obligari.sed cum de primo nō sit dubium videtur ꝙ de secūdo modo sit intelligendum.

¶ Quarto sequitur ꝙ probabile est ꝙ nullus de facto sic obligatur de peccato suo penitere ꝙ teneatur velle peccatū suum nō fuisse.patet ex dictis. supposito ꝙ impossibile sit preteritum non fuisse.quod est probabile. ꝯuis non sit euidens. Sufficit ergo ad veram penitentiā dolere de peccato commisso sed ad hoc nō requiritur velle ipsum non fuisse.sed nō velle ipm fuisse ꝛ ipsum detestari sed quia hoc alias magis ostēdam: breuiter pertranseo D ¶ Sexta propositio est. ꝙ diuinum velle non ad quodlibet possibile potest obligare.probatur ex predictis. quia aliquod est possibile ad quod deus nō potest velle rationalem creaturā teneri.igitur ꝛc. ¶ Sed ad declarationem huius notandum est ꝙ dupler est possibile. quoddam est quod nō existit in creature rationalis libera potestate.sicut celum moueri vl̄ solem oriri. Aliud est possibile quod existit in creature rationalis libera potestate.sicut diligere deum vel odire proximum. ꝛ sic ō multis ¶ Item dupliciter potest intelligi aliq̄d possibile existere in creature rationalis libera potestate. Uno modo stricte.ꝺ̄a tale potest fieri ab ea sicut velle vel nolle. diligere vel odire. Alio modo large.quia tale potest fieri vel ab ea vel in ea.sicut habere gratiaꝫ vel fidem infusam.hoc enim nō existit in rationalis creature libera potestate p̄mo modo.quia gratia vel fides infusa non potest fieri ab ea primo modo.sed secundo modo Qualiter autem distinctio hec debeat intelligi alias declarabo. Ideo breuiter transeo ¶ Existis sequūtur aliqua ¶ Primo sequitur ꝙ deus nō potest velle rationalem creaturam teneri ad aliquod possibile. quod nō est in eius libera potestate. Patet ex dictis ꝛ specialiter ex descriptione huius termini teneri. vbi nō capitur esse in libera potestate p̄mo modo.sed secundo modo.quia de facto deus vult rationalem creaturā teneri ad aliquod possibile quod nō est in eius libera potestate primo modo. Nam quelibet rationalis creatura tenetur habere gratiam. et quilibet viator etiam paruul⁹ habere fidem infusam.quod tamen nō est in eius libera potestate primo modo.sed bene secūdo modo. vt iam dictum est ꝛ alibi declarandū ¶ Secundo sequitur ꝙ deus nō potest rationalē creaturam velle teneri ad quodlibet possibile.quod est in eius libera potestate.patet. ꝺ̄a non potest velle ipsam teneri ad nō obediēdum sibi. uel etiam ad odiū sui.quorum tamen quodlibet est possibile ꝛ in eius libera potestate. Ergo ꝛc. Antecedēs quo ad vtrā ꝙ partem patet. sed tamen quo ad primam eius est euidens. ꝛ non quo ad secundā. Euidenter enim est impossibile deum velle rationalem creaturam teneri ad non obediendum sibi.sed non sic est euidenter impossibile deum velle ipsam teneri ad odium sui.ꝺ̄a ad primum euidenter sequitur contradictō ꝛ non ad secūdum. Nam ad primum sequitur.deus vult rationalem creaturam teneri

sibi nō obedire. ergo ipa tenetur ad aliquid. ⁊ per cōsequens obligatur ⁊ similiter sequit ergo ipsa tenetur sibi obedire. ⁊ p consequēs non obligatur. Sed ad secundum non sic euidenter sequitur contradictio. Nam licz sit articulus parisiensis q aliquis possz mereri odiendo deum: error. tamen ex opposito non sequitur euidenter cōtradictio. Unde multi illum articulum restringunt ad potētiam dei ordinatam. ⁊ multi doctores alteri⁹ studij tenent q deus potest precipere odium sui. Et sic probabiliter sustinent partez oppositam. quare ⁊c. ¶ Tertio sequitur q non est euidenter impossibile deuz velle rationalem creaturam esse. ⁊ ipam non teneri ad aliquod possibile. Patet. Quia sicut de facto stat creaturam irrationalē esse ⁊ ipam non obligari. sic videtur possibile creaturā rationalem esse ⁊ ipsam ad nihil teneri.

¶ Quarto sequitur q non est euidenter impossibile rationalem creaturam deum odire ⁊ tamen peccare. patet ex predictis Et sic patet sexta propositio. Sic igitur pbate sūt predicte sex propositiones preambule. ex q̄bus patet declaratio totius conclusiōis secunde. ¶ Sed ex predicta conclusione ⁊ eius declaratione infero aliquas proppositiones correlarias. ¶ Primum correlarium est q voluntas diuina non est naturaliter lex siue regula. Patet. Quia sicut volūtas diuina libere ⁊ cōtingenter est causa efficiens. sic ipsa libera ⁊ cōtingenter est lex obligans. Quare ⁊c. Unde patet q sicut volūtas diuina potest nō esse causa effectiua. sic ipsa potest nō esse lex siue regula. ¶ Secundum correlarium est q voluntas diuina nō fuit eternaliter lex siue regula. patet quia sicut sibi conuenit ex tempore ⁊ per relationē ad creaturam esse causam efficiētem sic esse legem obligantem. quare ⁊c. Unde patet q Augustinus. xvij. contra Faustum. et libro primo de libero arbitrio. dicens voluntatē diuinam esse legem eternam. non capit eternum proprie sicut dicitur eternum vere sine principio ⁊ sine fine. sed capit eternū improprie sicut Matth. xxv. ignis inferni dicitur eternus. non quia fuerit sine ꝓncipio. sz quia erit sine fine. sic igitur dicit volūtatem diuinam esse legem eternam non quia eternaliter fuerit lex. nam ipsa temporaliter incepit esse lex. sed quia eternaliter erit lex. nec mirum si hoc modo voluntas diuina dicatur lex eterna. Nam sic etiam noua Christi doctrina dicitur euangelium eternū. Apocalip. xiij. Uidi inquit angelum alterū volantem per mediū celi habentem euangelium eternuz. vt euangelizaret sedentibus super terram ⁊ super omnem gentem ⁊ tribuz ⁊ linguam ⁊ populum. dicens magna voce. Timete dominum. ⁊c. ¶ Tertium correlarium est q deus vult voluntate beneplaciti voluntatem creatam ad aliquid teneri. ⁊ tamen tali voluntate non vult illud ab ea fieri. patet de illa voluntate creata que peccat obmittendo aliquem actum debitum fieri. Nam deus vult voluntate beneplaciti ipaz ad illum actum teneri: aliter non peccaret obmittendo. ⁊ tamen deus non vult voluntate beneplaciti illum actum ab ea fieri. q̄a ad tale velle sequeretur illum fieri ⁊c.

¶ Quartum correlariū est q deus vult voluntate beneplaciti alicuius bone cōsequētie antecedens. ⁊ tamen tali voluntate non vult consequens. patet. quia ista cōsequentia est bona. voluntas creata tenetur ad aliquid. ⁊ non facit illud. ergo ipsa peccat. ⁊ deus voluntate beneplaciti vult antecedēs vt dictum est ⁊ tamen non vult consequēs sm illam opinionem que ponit q deus nō vult peccatum nec est causa peccati. Igitur ⁊c. ¶ Utrum aūt deus velit illam consequētiam esse bonam. nihil dico quia de hoc alibi tractabo. ¶ Quintum correlariū est q voluntas creata sic tenetur se voluntati diuīe conformare. vt velit quidquid deus vult ipam teneri velle. ⁊ vt nō velit quidquid deꝰ vult ipsam teneri non velle. Patet. Quia omnis voluntas que sic se conformat voluntati diuine est recta et iusta ⁊ nulla alia. sicut apparet ex supra dictis. et patet cuilibet intuenti. Igitur ⁊c. sed de hoc alibi tractabo ¶ Sextum correlarium est q voluntas creata nō sic tenetur se voluntati diuine conformare vt velit quidquid deus vult eam velle vl̄ vt velit quidquid scit aut videt deuz velle. Unde hoc est contra Ockam Gregoriū ⁊ Vgolinum. q. vltima ꝓmi libri. Quodlibet tamen istorum patet ex predictis. quia deum velle voluntatē aliquid velle. vel etiam deū velle aliquid quod ipsa voluntas scit ipsum velle non est lex obligans volūtatem causatam sicut apparet intuenti. Igitur. Item p̄

mum specialiter patet. quia stat volūtatem creatam peccare volendo aliquid quod deus vult eam velle. z per cōsequens stat volūtatem creatā teneri nō velle aliquid qō deus vult ipam velle. Igitur. Assumptuz potest ostendi ex dictis in tertio corrolario. sed alibi declarabo. Itē secundū specialiter patet. quia aliter sequeretur q voluntas creata teneretur velle aliquid antecedēs ad qō formaliter sequeretur ipsam quandoq; peccare mortaliter z damnari. vel esse miseram eternaliter. cōsequens videtur absurdum. sz cōsequentia patet in casu quo deus reuelaret alicui quod ipe est prescitus ad eternam penam. vel q ipse nō est habiturus finalem gratiam. Ad hoc em sequitur ipsum finaliter peccare z miserū esse. Igitur zc. Sic igitur circa secundā cōclusionem probate sunt sex propositiōes preambule. z inde illate sex propositiones corrolarie. Et hec de secūda conclusione. R ¶ Tertia cōclusio est. Sicut diuina volūtas est lex perfectissima rationalis creature. sic lex Christi vl' doctrina est signum perfectissimū voluntatis diuine. Prima pars autē huius cōclusionis euidenter sequitur ex premissis. ideo presupponitur tanq; clara. Sed ad declarationez secunde partis premitto aliquas propositiones preambulas ¶ Prima propositio est. q diuine volūtatis aliqua sunt signa que non sunt creature rationalis obligatoria Ad cuius probationē aliqua sunt notanda ¶ Primo notandū est. q sicut volūtas diuina qō quid potest pducere mediante causa secunda. potest pducere se sola. sic ipsa de potētia absoluta posset rationalē creaturā obligare se sola. vt patet ex dictis supra in pma cōclusione zc. Sed tamē ipa de potētia ordinata nō posset rationalē creaturam obligare nisi mediante aliqua lege creata. hoc est per aliq̄ signa ex quib; sibi potest innotescere ipa dei volūtas obligatoria. vt patet per illud verbum xpi Joh. xv. Si locut' eis non fuissez peccatū nō haberent zc Et per illud apostoli Roz. x. Quō credēt ei quē nō audierūt zc ¶ Secūdo notandū est q sm magistruz libro pmo. dis. xlv. Quinq; sunt diuine volūtatis signa. s. preceptū. prohibitio. consilium permissio. z operatio. Quorū sic potest haberi distinctio. Nam q̄nq; modis possumus imaginari deū aliquid velle. ¶ Primo modo deus vult aliq̄d debere fieri a creatura z talis voluntatis signū est preceptū. ¶ Secundo modo vult aliq̄d debere nō fieri z h' signū ē prohibitio ¶ Tertio mō vult aliq̄d nec debere fieri nec debere ñ fieri sz expedire fieri. z h' signū ē cōsiliū ¶ Quarto mō vult aliquid nec debere fieri nec debere nō fieri. sz licere fieri. z hui' signū est pmissio ¶ Quinto modo vult simpliciter aliq̄d esse vel fieri z hui' signū est opatio. vnde quelibet ad extra dei opatio est signū volūtatis diuine. sic ē effectus sue cause ¶ Sic igit volūtas diuina pcipit bona. sicut deū honorare. primuz amare. phibet mala. sicut deū odire. primū ledere. cōsulit maiora bona. sicut sunt paupertas. virginitas. pmittit minora bona. sic sūt rerū dominiū. cōiugium. sed operat' generaliter omnia zc. ¶ Unde ex his apparet pmo q voluntas diuina solū duob; primis modis z nō trib; alijs. est lex obligatoria ¶ Secundo q pceptū z phibitio sunt signa obligatoria sed nō cōsilium. pmissio. aut opatio qz duo prima sūt signa legis obligātis z nō alia tria. igit zc. ¶ Tertio patet q capiendo pmissionē vt est signū volūtatis dei non est pcedendū. q̄a deus pmittit mala culpe fieri z hoc est otra magistruz sniaz vt magis alibi declarabo. ¶ Tertio notādum est q pdicti termini. s. preceptū. phibitio. cōsiliū. permissio. z opatio. nō solū supponūt pro diuīe volūtatis extrinseco signo. sz etiā p ipsius actu intrinseco. Uñ iste termin' preceptū nō minus prie supponit p actu intrinseco diuine volūtatis quo pcipit aliq̄d fieri seu vult aliq̄d debere fieri q̄z p signo extrinseco tal' act' z ita de alijs zc. L ¶ Secūda positio est q diuīe volūtatis signa obligatoria sunt in multiplici differētia. ad cui' pbationē alique hmōi signoz differētie sunt ponēde ¶ Prīa differētia ē q signoz diuīe volūtatis q̄dam sūt naturalia seu naturalit' habita. alia sunt supnaturalia z supnaturalit' data. Signoruz po naturaliū q̄dā sūt a natura īmediate. sic ē pma pncipia moralia solū p sindereſiz z lumē natural' rōis hīta. alia sūt a natura mediate. sicut cōclusiones morales mediātibus dictis principijs sola naturali ratiocinatione dictate. Sub pmo membro cōtinentur illa principia moralia quib; vnusquisq; cōpos mētis naturaliter assentit absq; eruditione doctorū vt q cuilibet reddēdum est qō suū est q nulli iuriādum est. sz sub scōo mēbro continētur doctrīe morales gentilium

philosophorum ⁊ regule vel constitutões legales principum ⁊ maiorum. ⁊ de huiusmodi signis dicit apostolus. q̄ gentes que legem non habent naturaliter que legis sūt faciunt. ¶ Signorum autē supernaturaliū quedā sunt a deo immediate. scilicz a solo deo data sicut doctrina Christi quo ad illa que ipe docuit in propria persona. De quibus dicit apostol⁹. Q̄ olim deloquens patribꝫ in prophetis. nouissime locutus est in filio. ⁊c. ¶ Alia sunt a deo mediate. s. mediante angelo vel homine puro diuinit⁹ relata. sicut lex moysi doctrina christi quo ad illa que docuerūt apostoli ⁊ discipuli ei⁹ auctoritate sua. ⁊ similiter determinatio ecclesie dei a spiritusancto inspirata. de quibꝫ dicitur q̄ spiritusancto inspirati locuti sūt scī dei hoies. p̄ma Petri p̄mo. Omnia ergo predicta sunt diuine volūtatis signa obligatoria. quia p illa significatur ad que obligatur rationalis creatura. sicut potest oīdi. sed patet intuēti. ¶ Secūda differentia est q̄ signoꝝ diuine voluntatis tam naturaliū q̄ supernaturaliū quedam sunt rationali creature interiora. sicut signa mentalia ⁊ est naturalis cognitio vel supernaturalis reuelatio mentē de agendis ⁊ nō agendis interius informās. Alia sunt exteriora sicut signa vocalia aut scripta. vt est vox audibilis vel scriptura legibilis humana. seu diuīa p dictis signis mentalibꝫ exterius correspondens. Et ista sunt signa signoꝝ mentalium sicut patet. ¶ Tertia differentia est q̄ signorum interiorū siue mentaliū quedam sūt solum apprehensiua. alia iudicatiua. Et iudicatiuoꝝ quedā sunt adhesiua cum formidine. alia sunt sine formidine. sed cum certitudine. Et istorum quedā sunt actus. alia sūt habitus. ⁊c. ⁊ hec omnia possent ostendi in omnibꝫ predictis signis sed satis patent intuenti. ¶ Tertia propositio est q̄ diuine voluntatis signū perfectissimuz inter omnia est lex Christi seu doctrina. Ad cui⁹ probationem aliqne distinctiones sunt premittende

Prima erit generalis de isto termino lex
Secūda specialis de isto termio lex diuina
Tertia specialioꝛ de isto termino lex Christi seu doctrina

¶ Prima distinctio est q̄ iste terminus lex prout ad propositū pertinet. multipliciter ⁊ pro diuersis sumitur. quādoqꝫ pro prima lege. que est lex increata. ⁊ sic diffinit Augustinus legem. xxij. cōtra Faustum. vt supra dictum est. ⁊ libro p̄mo ō libero arbitrio. Lex eterna ēt summa ratio. cui semper obtemperandum est. ⁊c. Quandoqꝫ sumitur lex p signo prime legis. quod est lex causata. et sic diffinit Tullius in phili. 5. q̄ lex nihil aliud est q̄ꝫ recta ratio a numine tracta. imperans honesta. prohibens q̄ꝫ contraria. ¶ Sed capiendo istum terminum lex pro lege creata adhuc quādoqꝫ sumitur generaliter p qualibet tali naturali lege humana vel diuina. scripta vel non scripta. et sic diffinit Tullius libro secundo de natura deorum. Q̄ lex est recti preceptio. praviqꝫ depulsio. Quandoqꝫ vero sumitur pro lege naturali. Et sic diffinit Tullius libro de legibus. Q̄ lex est ratio insita a natura. que iubet que sunt facienda. prohibetqꝫ cōtraria. Quandoqꝫ etiam sumitur specialiter pro lege humana scripta. ⁊ sic diffinit Bracianus dis. p̄ma. q̄ lex est constitutio scripta. ⁊ dis. scōa. Lex est cōstitutio populi qua maiores natu simul cuz plebibus aliquid sanxerunt. Et sic quāuis iste terminus Lex: sit generalis ad omnem legem creatam vel increatam naturalez humanam vel diuinam scriptam vel non scriptam. tamen quandoqꝫ restringitur ad vnaz speciem. ¶ Secunda distinctio est q̄ iste terminus lex diuina. vt supponit pro lege creata diuinitus inspirata. qualis est lex Moysi vel christi. Uno modo potest sumi pro aliqua vna regula data a deo aliquid precipiente vel prohibente. ¶ Alio modo p aliqua vna congregatione plures tales regulas continēte. qualiter tota doctrina christi dicitur lex christi. Et isto modo sumitur in proposito. ¶ Sed capiēdo sic adhuc potest sumi stricte pro aliqua tali congregatione solum continente precepta ⁊ prohibitiones. quia hec duo solum pertinent ad legez proprie. sicut patet ex dictis. ¶ Alio modo potest sumi large pro aliqua tali congregatione. non solum continente precepta et prohibitiones. sed etiam consilia ⁊ permissiōes testimonia hystorialiū verorum exempla imitabilium gestoꝝ. parabolas. ꝓphetias. miracula. sacramenta. pmissiones premiorū. cōminatōnes supplicioꝝ ⁊ multa huiꝰmodi Que licet non omnia sint de substantia le-

gis proprie. quia nec ligant nec obligant eo q̄ his nihil imperatur aut prohibetur. ipsa tamen sunt fortissima adiutoria ad legē sustinendam ꝛ obseruādam. Ideo ponuntur partes legis diuine cōmuniter dicte. ꝛc̄.

¶ Tertia distinctio est. q̄ iste termin⁹ lex christi seu doctria Uno modo potest sumi stricte pro cōgregatione illorum que ipe docuit in propria persona. Alio modo large pro aliqua cōgregatione illoꝝ et simul eorum que docuerūt. ꝛ apostoli ꝛ discipuli eius auctoritate sua. ꝛ sic sumitur hic. Unde lex christi seu doctrina dicit tota doctrina euangelica: intelligēdo per euangelium non solū doctrinam quattuor euangeliorū sed generaliter nouū testamentū. quemadmodum doctrinā suā vocat ꝑaulus euangelium. scōa Thimoth. ij. Sed capiendo sic adhuc potest sumi Uno modo pro talis doctrine veritate. sine sit in mente. in scripto. vel in voce. Alio modo potest sumi pro talis veritatis seu obiecti intellectuali cognitione vnde nō minus proprie dicit lex precptum vel prohibitio ipsa cognitio agendorum q̄ ipsa veritas enuncians quid agendum vel non agendū. Ideo Hugo de sacramentis. libro p̄mo. par. vj. cap̄. vj. Quid cognitio faciendoꝝ fuit nisi quedaꝫ ad cor hominis facta p̄ceptio. Et quid rursum cognitio vitandorum nisi prohibitio. ¶ Hec autem cognitio potest esse multiplex. quia vel solum apprehensiua vel iudicatiua ꝛ adhesiua. Et si adhesiua. vel cum formidine vel sine formidine. ꝛ cum certitudine. ꝛ si cum certitudine. vel potest esse habitualis vel actualis. Et si habitualis vel acquisita vel infusa Et si actualis vel in habitu acquisito soluꝫ. vel ab habitu etiam infuso. sicut posset faciliter declarari. sed pātet loquendo. Igitur proprijssime lex christi potest dici fides infusa vel actus eius quo creatura rationalis assentit doctrine christiane veritatibus. Unde ad istum sensum posita est secunda pars conclusionis predicte. Et similiter tertia p̄positio. scilicet q̄ huiusmodi lex seu doctrina est signū perfectissimū voluntatis diuine: intelligendo ꝺ signis datis rationali creature pro statu vie. quia de illis solum loq̄r in presenti cōclusione ꝛ ad istum intellectuꝫ patebit propositum per propositiones immediate sequentes. ¶ Quarta propositio ē q̄ nec lex natural' nec lex aliqua būana. nec lex mosayca spiritualiter intellecta. est perfectissima lex creata. ꝓbatur primo: de lege naturali vel humana satis patet. q̄ nullus viator ex puris naturalibus sine fide potest perfecte omnia ad que tenetur cognoscere. Nam scōm apostolum. Sine fide impossibile est placere deo. Ad Hebreos vndecimo. Igitur vt supra. ¶ Secundo idem apparet de lege Mosayca scōm apostolum. Nihil ad perfectum adduxit lex. Ad Hebreos septimo. Igitur propositum. ꝛc̄. ¶ Quinta propositio est q̄ nec lex x̄pi seu doctrina vocalis aut scripta. nec ipsa mentalis solum apprehensiua. nec adhesiua si non sit ex fide infusa. sed perfectissima lex creata. ꝓbatur. Quia nullus viator per legem Christi sine fideli credulitate potest perfecte omnia ad que tenetur cognoscere vel intellegere. Juxta illud. Nisi crediderit is non intelligetis. ¶ Sexta propositio est. q̄ sola lex christi seu doctrina. id est. fidei infuse habitus vel actus quē viator habet de ea. est sibi perfectissima lex creata. ꝓbatur. Quia nullus viator per aliud signum seu directiuum creatum. nisi per huius fidez vel eius actum. perfecte cognoscit omnia ad que tenetur. vt patet ex dictis. Et per huiusmodi signum hoc perfecte cognoscit. vt pz. quia si non tunc catholici fideles operantes scōm directionem fidei Christi non sufficienter operātur ad consequendum salutem. quod est contra illud. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit. Marci vltimo. quare ꝛc̄. ¶ Unde ex predictis patz respōsio ad principalē questionis titulum. scilicet qualiter lex Christi seu doctrina est lex perfectissima. ꝛ qualiter nō. Et similiter patet responsio ad primū questiōis articulū scilicz q̄ lex Christi seu doctrina est in preceptis rectissima. Sic igitur probate sunt predicte sex p̄positiones preambule. Ex quibus patet declaratio totius cōclusionis tertie. ꝑ

¶ Sed ex predicta cōclusione ꝛ eius declaratione infero aliquas propositōes correlarias. ¶ Primū correlarium est q̄ sicut virtus iusticie solū est in mente ꝛ non in scripto vel in voce. sic in ipa est proprie lex seu regula iuste vite. Patet. quia nullo existente scripto vel voce. adhuc lex esset. nec regule ītellectuales que sunt rerum naturalium imagines minus essent seruande. nec homo min⁹ obligaret ad eas q̄ si eas legerꝫ l'audiret

¶ Secundũz correlarium est. ꝙ sicut vox audibilis non est lex proprie. sic nec scriptura legibilis. sed solum equiuoce patet. quia vox vel scriptura lex non dicit̃ nisi ea figura vel tropo. qua nomen rei vl̃ veritatis signo imponitur vel imagini. sicut imago regꝫ rex dicitur. Ideo apparet ꝙ iniuste diffinientes legem diffiniũt eam scd̃m eius improprijssimam acceptionẽ. Nam vt prius patuit. gratianus ⁊ alij solum diffiniũt legem scriptaz.

¶ Tertium correlariũ est ꝙ ad legis christi habitualem fidẽ omnis viator sine vlla excusatione obligatur. patet per illud Marc. vltimo. Qui non crediderit condemnabit̃. Et illud apostoli. Sine fide impossibile est pla. ⁊c̃.

¶ Quartũ correlarium est ꝙ a legis christi actuali fide nullus viator nisi sola incapacitate excusatur. Patet. quia licet inter homines alij alijs minus sint capaces propter breuitatẽ intellectus. experiẽtie paucitatem. aut defectum doctrĩe vel gratie. quare ñ om̃es similiter obligãtur ad credẽdum singula legis explicite ⁊ in particulari. Tamen nullũ est genus hominum adeo tardũ intellectu. quod saltẽ implicite ⁊ in vniuersali non possit omnia credere. id est. quidq̃d ibi asseritur esse verum. Ideo a tali credulitate actuali habenda loco ⁊ tempore. nullus omnino excusatur nisi incapacitate. paruulos autẽ ⁊ minores ac furiosos. ceterꝫq̃ passionibus mente captos incapaces voco. tãq̃ naturali impossibilitate prohibitos ⁊ omnino indociles dum his defectibus laborant. Quare sic credere non tenentur. ⁊c̃.

¶ Quintuz correlariũ est ꝙ sicut legis christi credulitas non est contra rationẽ. sed per rationem probabilis. sic eius credulitas ꝓpter rationis probationẽ non est deo contumeliosa aut displicibilis. Istud correlarium quo ad vtrãq̃ partem est contra H. parisi. libro de fi. ⁊ legibus per totum primum tractatum. Quod tamen posset probari ex predictis. sed dimitto. quia de hac materia tractabo in secundo principio ¶ Sextum correlarium est. ꝙ sicut legis christi credulitas est in creature rationalis potestate libera. sic ipsa est eterne salutis meritoria. Istd̃ correlarium est quo ad vtrãq̃ partem contra Holkot. p̃. q. primi libri. quod tamẽ posset probari ex predictis. sed dimitto. quia d̃ hac materia tractabo in tertio p̃ncipio Sic igitur circa tertiam conclusionem probate sunt sex propositiones preambule. et inde illate sunt sex propositiones correlarie. ¶ Et hec de tertia conclusione

Q

Nunc descendo ad collationem habendã cum duobus magistris meis reuerendis ⁊c̃. Et iuxta materiam prime partis prime conclusionis ponã contra eos sex propositiões collatiuas ¶ Prima ⁊ principalis est ista. Sicut sola diuina volũtas respectu cõtingentis futuri potest esse causa inimpedibilis. sic solus diuinus intellect⁹ respectu veri d̃ futuro cõtingenti potest esse noticia infallibil̃ ¶ Prima pars patet ex prima parte dicte ꝯclusionis. quia prima causa nõ potest impediri ab alia. sed quelibet alia ab ip̃a. Igitur. ⁊c̃.

¶ Secunda probatur quia diuinus intellectus respectu veri de futuro cõtingẽti potest esse ⁊ de facto est noticia infallibilis ⁊ nihil aliud ab eo respectu talis veri potest esse noticia infallibilis. igitur. ⁊c̃. cõsequẽtia patet ⁊ antecedẽs quo ad p̃mam partẽ ꝓ nunc supponitur. quia cõcedit̃ ab omnib⁹ catholicis. Sed antecedẽs quo ad secũdam ꝑtem negat Ma. nychol̃. ⁊c̃. qui ponit istam conclusionẽ ꝙ respectu futuri ꝯtingentis a deo potest humano intellectui noticia creata infallibilis cõmunicari. quã probat. q̃a hoc firi nõ implicat ꝯtradictõnẽ. igit̃ ⁊c̃. imo videtur fidei cõsonũ. dicere ꝙ talẽ habuerit xp̃s ⁊ ꝙ etiam quelibet ꝓphetia sit talis noticia.

¶ Sed pro nũc probabiliter teneo oppositum. ⁊ arguo cõtra eũ sic Quia ad hoc ꝙ aliqua noticia sit infallibilis. requiritur ꝙ nõ possit esse falsa. Sed omnis noticia creata respectu veri de futuro ꝯtingenti potest esse falsa. igitur ⁊c̃. Antecedẽs quo ad primaz ꝑtem patet mãifeste. Sed quo ad secũdam ꝓbatur. qꝛ om̃e verꝫ de futuro ꝯtingẽti potest esse falsum. ergo oĩs noticia creata qua tale iudicat̃ esse verꝫ. põt esse falsa. antecedẽs patet. ⁊ ꝯsequẽtia tenet. qꝛ non stat ꝙ aliq̃ noticia sit iudiciũ falsi ⁊ nõ sit falsa. similiter ista ꝯsequẽtia ꝯformabit̃ ꝑ sequẽtia. Unde contra eundẽ magistꝫ sit hec secũda propositõ. Sicut sola diuina volũtas aliq̃d põt ñ voluisse quod voluit. sic. sol⁹ diuin⁹ intellect⁹ aliq̃d põt nõ iudicasse qd̃ iudicauit. ꝓbatur ⁊ p̃mo ꝙ h̃ sit verꝫ de deo patet qꝛ de⁹ voluit ⁊ iudicauit ab eterno antixp̃m fore. ⁊ tamen

sci deū esse. Pars exclusiua patet ex precedē tibus sed affirmatiua apparet quia talis p̄ sentia seu vnio dei ad mentē nostrā nō min⁹ sufficit generare euidēs iudiciū de sui exist̄ tia q̄z obiectū sensibile ꝛc. Ex hūs ergo patz p̄ma pars cōclusionis ꝛc. ¶ Tertia ꝓclusio est q̄ licet ista ꝓpositio deus nō est nō sit p̄mū falsum ipa tamē nō minus iplicat cōtradi ctionē q̄z p̄mi p̄ncipij ꝓtradictoriū. Prima pars patet ex p̄cedētibꝫ quia sua cōtradicto ria nō est p̄mū verū. Itē nō infert euidenter quodlibet falsuz. igit ꝛc. ¶ Sz ad decla rationē scōe p̄tis pono aliqs ꝓpositōes. Pri ma ē q̄ sicut vnū ipossibile nō est ipossibil⁹ alio sic ex quolibet ipossibili seq̄tur ꝓtradi ctio. Primū patz de se. Scōm seq̄tur ex pri mo ꝛc. Itez ꝓbat q̄ ipossibile ē ita eē sicut p̄ antecedēs ipossibile signat q̄n ita sit sicut p̄ qōlibet ꝓseq̄ns signat. igit ꝛc. Itē cū nullo i possibili stat p̄mū p̄ncipiū. igit p regulā cō munē oppositū p̄mi p̄ncipij seq̄tur ꝛc. Secū da ꝓpositio ē sicut quodlibet ipossibile ipli cat ꝓtradictionē sic nō quodlibet ipossibile euident⁹ infert falsitatē. Primū patet q̄z ex q̄/ libet impossibili sequunt⁹ ꝓtradictoria vt di ctum ē. modo hoc intelligit p iplicare ꝓtra dictionē. igit ꝛc. Unde apparet ex hoc q̄ ma gister Hugolin⁹ male negat istā cōditionalē si deus nō eēt deū nō eē nō iplicaret. Respō det em̄ q̄ imo adhuc iplicaret sed ego bñ cō cedo q̄ si deus nō eēt adhuc deū nō eē impli caret sed ꝓpter hoc nō ē alia cōditionalis ne ganda ꝛc. Scōm patet de duab⁹ ꝓtradicto riis de possibili opinabilib⁹ ad vtrūlibet sic sunt iste de⁹ potest facere suprēmā speciē de⁹ nō potest facere suprēmā speciē. Altera enīz ē impossibil' ꝛc. Tertia ꝓpositio ē q̄ licet bo nus logic⁹ sciat ex quolibet ipossibili seq̄ con tradictionē tamē ex aliq̄ impossibili bon⁹ lo gicus nō scit sequi falsitatē. Patet ex dictis. Quarta ē licz bon⁹ theologus ex aliq̄ impos sibili cognoscat seq̄ quodlibet certitudinali ter tamē ex eodē impossibili i nescit seq̄ aliqō falsum euident. Patet de isto impossibili de us nō est vel nō est trin⁹ ꝛc. Sic ergo patz ex hūsq̄ ista de⁹ nō ē implicat ꝓtradictionē licz nō explicet. i. nō sit nobis euidēs ipam infer re ꝓtradictionē. Et sic patet tertia ꝓclusio ꝛ resp̄sio ad istū ar. ꝛc. ¶ Sz ꝓtra p̄/ dicta arguit ꝛ p̄mo cōtra illud quod dictū ē in p̄ma ꝓclusione ꝛ in scōo corrolario ei⁹ ꝛ p̄ batur q̄ ista ꝓpositio deus ē quā formamus ꝛ illa quā formant beat⁹ sunt eiusdē speciei ꝛ p ꝓsequēs si vna ē per se nota ꝛ alia. quia vl' ad illā quā formant viatores currit de⁹ tanq̄z obie ctum agens ꝛ causans ac terminās illā ꝓpo/ sitionē vel nō. Si sic cū intellect⁹ sit eiusdez speciei ꝛ obiectū idē. seq̄tur q̄ vtraq̄z cogni/ tio erit eiusdē speciei. ꝓsequētia patz p p̄m viij. methaphisice. Si materia sit eadem ꝛ agens idē forma erit eadē. Si nō. seq̄tur q̄ illa ꝓpositio quā formam⁹ de deo nō erit co/ gnitio dei ꝛ p ꝓseq̄ns q̄ nulla eius cognitio erit nobis naturaliť possibilis ꝓtra p̄dicta i primo articulo sed ꝓseq̄ntia ꝓbatur p Aug. nono de trini. c. ir. liq̄do tenenduz est q̄ om nis res quā cognoscim⁹ generat in nobis su am notiziaz. Ab vtroq̄z em̄ parit notitia scz cognite ꝛ cognito. ¶ Secundo arguit cō/ tra p̄mā p̄tem ꝓclusionis secūde ꝛ p̄mā p̄/ positionē. ꝛ ꝓbatur ostratiue deū esse scz per ꝓcessum philosophi ꝛ arguit sic. Mani festuz ē aliqua moueri sed oīe qō mouetur ab alio mouet ꝛ nō est ꝓcessus in ifinitū igit ē deuenire ad aliqō mouēs imobile. Simi liter arguit. manifestū ē aliq̄d esse nouiter p ductū ꝛ nō a se igit ab alio. Et nō est ꝓcessus in ifinituz nec ē articulatio igit est deuenire ad aliqō ꝓducēs iproductū. Et illud est de us igit cū ista deductio sit euidēs seq̄tur eui denť deū eē. ¶ Tertio ad idē argui pōt p p/ cessuz venerabil' Anshelmi in libello suo cō tra insipientē dicentē in corde suo nō est de⁹ vbi multis ca. nitit demōstrare deū esse Sz quia rōnes sue nō solū nō sunt ostratiue imo pure sophistice ꝛ peccātes in logica ꝓp cui⁹ defectū iste deuot⁹ hō nō soluz in hoc lo co sed in alijs passib⁹ sepe decept⁹ fuit vt dicit vn⁹ doctor ꝛ patz intuēti ideo nolo in ꝓcessu suo insistere. Sed tamē breuiter arguo sic ō monstrabile ē veritatē esse igit ꝛ deū esse ꝓse quētia patz ꝛ antecedēs apparet q̄z Anshel/ mus credidit hoc demōstrare mono. xviij. Cuius vis stat in hoc quia si veritas nō est ergo veritatē nō esse verū est ergo veritas ē. ꝛ sic veritatē esse seq̄tur ex vtraq̄z parte ꝓtra dictiōis quare ꝛc. ¶ Quarto arguit contra tertiā cōclusionē ꝛ dicta ibidē ꝓbādo q̄ ista deus nō est nec quelibz impossibilis iplicat ꝓtradictionē quia intellect⁹ potest intellige/ re impossibile. ergo nō qōlibet impossibile i plicat ꝑdictōz. ꝯa tz. q̄z intellect⁹ ñ p̄t intellige re ꝓtradictoria. Antecedēs apparet q̄z intel/ lectus ipossibile opinat ꝛc. Itez patet q̄z nō

mīn⁹ potest intellectus intelligere impossibile ꝙ voluntas velle impossibile sed hoc potest voluntas quia voluntas est impossibilium. iij. ethicoꝝ. Patet etiā de penitēte ꝙ vellet nō fecisse qō fecit. Itē de lucifero qui appetiuit equalitatē dei Itē de pelagianis qui volūt esse pmi dñi suoꝝ actuū. Itē de odiēte deū ꝛc. AA ¶ Ad ista respōdet ad pmū dico primo ꝙ ad illā cōcurrit deus tā ꝙ obiectū agens ꝛ terminās nō tamē immediate terminās vt patet ex supradictis in primo articlo. ¶ Dico secō ad illā auctoritatē philosophi ꝙ si subiectū sit idē ꝛ agens idem sequit eadē forma quando agens uaturalit agit ꝛ eodē modo se habet ad passum ꝛ subiectū est eodē modo dispositū sed nō est inconueniēs ꝙ idē intellect⁹ de obiecto habeat cognitiones specie distinctas secm aliā ꝛ aliaꝝ habitudinē vel dispositionē intellect⁹ obiecti vel medij sic in ꝓposito. ¶ Dico tertio ad illā partē antecedētis ꝙ licet oīe subiectuꝝ cognitū terminet suā cognitionē ex eo ꝙ aliqō obiectū terminare aliquā cognitionē nō est aliud ꝙ ipm cognosci p illā tamē nō omne obiectū cognitū agit suā ꝯgnitionē quia aliqō est obiectū cognitū quod nō est nec fuit et nihil tale agit vl egit ꝛc. ¶ Dico q̄rto ad auctoritatē Augustini ꝙ illa debet intelligi ō re quā cognoscim⁹ immediate i seipa ꝛ sic est vera vñ patet ad rationē. ¶ Ad secām dico ꝙ ille ꝓcessus philosophi nō ꝓbat demōstratiue deū ee. vnde pmo dico ꝙ est euidēs euidentia summa aliqd moueri diceret enī ꝓteruus quia licet sic appareat tamē nō sic ē. ¶ Secō dico ꝙ licet esset euidens aliqd moueri nō tamē illud ab alio moueri diceret eī ꝓteruꝰ ꝙ aliqua seipam mouet ad replendū vacuū ꝛc. Similiter ipa calefacta se ipaꝝ reducit ad frigiditatē ꝛc. q̄re ꝛc. ¶ Tertio dico ꝙ licet eēt euidēs oīe qō mouetur ab alio moueri ꝛ cōcesso ꝙ nō est ꝓcessus in infinitū in mouētibꝫ qō nō est euidēs tamen per hoc nō cōcludit mouēs imobile diceret eī ꝓteruus ꝙ mouet. b. ꝛ licet. b. p tunc sit mouens imotū nō tamē imobile. ¶ Quarto dico ꝙ non est euidens ꝙ circulatio non sit possibilis imo sic est ꝙ est possibilis diuerso genere cause quare ꝛc. Et cōsimiliter posset respōderi ad alios modos ꝓbandi deū esse.

De ꝯfirmatōe aūt q̄ est de nouitate reruꝝ ꝛc. postea dicā. Ad tertiā dico pmo ꝙ ista ꝯsequētia nō est euidēs veritas ē ergo deꝰ ē ꝛc ¶ Secō dico ꝙ antecedēs nō est euidēs ratio nec hoc demōstrat Anshel. vnde ad ꝓbationē eius dico tertio. ꝙ licet ista cōditionalis sit vera si veritas nō est veritatē non esse verū est quia antecedēs est ipossibile vt alias dixi tamē illa ñ est euidēs sicut nec ista si homo nō est asinꝰ hominē nō esse asinū est vera. ¶ Quarto dico ꝙ ista ꝯsequntia nō ē euidens nulla veritas est ergo ista ꝓpositio ē vera vel eius cōtradictoria ꝛc. quia stat ꝙ nec ipa nec sua ꝯtradictoria est vera vt ptz et sic ista ratio peccat ꝑ logicā ꝛc ¶ BB Ad quartā cōcedo antecedēs ꝛ nego ꝯsequntiam vnde primo dico ꝙ intellect⁹ potest intelligere ipossibile nō solū intellectōne apprehēsiua ꝫ etiā iudicatiua. ¶ Secō dico ꝙ intellect⁹ potest intelligere cōtradictoria ꝛ licet de intellectōe iudicatiua hoc possit negari tamen de apprehēsiua nullꝰ negat. ¶ Tertio dico ꝙ licet intellect⁹ possit assentire alicui ipossibili ꝛ ipe nō possit assentire ꝓpositioni ipossibili que est copulatiua ex cōtradictoriis nō tamen seqtur quin qōlibet impossibile iplicet cōtradictionē licet nō explicet ꝯtradictionē sicut talis copulatiua. Et ratio diuersitatis est quia talis copulatiua euidēter iplicat cōtradictionē ꝛ hoc ego voco explicare seu implicare ꝯtradictionē nō sic aūt qōlibet aliud impossibile. quare ꝛc. ¶ Quarto dico ad cōfirmationē ꝙ voluntas potest velle ipossibile vel saltē impossibile potest velle. ꝛ hoc videre meo bene ꝓbant ille sex rōnes ibidē inducte vt patz intuēti ꝛ deducēti ꝛc. Et sic patet ad istas rōnes. Et hec de secūdo articulo LL ¶ Quantū ad tertiū articulū in q̄ videndū est vtrū nobis sit euidenter notū tantum vnū deū esse. Primo premittā descriptionē siue quid nomis huius termini deꝰ Secundo ponā cōclusiones. Tertio obiciā cōtra ꝛc. Quantū igit ad primū punctū notandum ē ꝙ ad describendū deū nō oportet omnes eius cōditiones ꝛ ꝓprietates includere i eius diffinitōe quia hoc nobis foret impossibile. ideo dicūt aliqui ꝙ sufficit oīes vl plures vel aliquas earuꝝ de ipo notiores ꝛ sibi soli cōpetentes in eius descriptione ponere ꝛ inde est ꝙ eius dantur diffinitiones diuerse a diuersis sicut patet in libris sanctoruꝝ ꝛ doctoꝝ. Ad cōuenienter aūt describenduꝝ datur ab aliquibus hec regula ꝙ deus debet describi per omnē terminū signantē perfectionē simpliciter siue bene esse simpliciter

sic ꝙ in om̄i materia melius est ip̄m eē q̄ nō esse ⁊ hoc cum isto aduerbio summe. vt dicē do ꝙ deus est ens summe bonū. summe sapiens. summe potens. ⁊ sic de alijs ⁊c̄. ⁊ quā to plures termini ibidē congregātur tanto melior ⁊ perfectior est descriptio ⁊c̄. ¶ Secundo notandū est ꝙ ista regula nō videtur omnino rationalis quia scd̄m istū modum dicendi nō erit aliqua certa descriptio dei. Pro cuius declaratione aduertenduz est ꝙ aliqua est perfectio simpliciter d̄ qua nō est nobis euidens ꝙ sit perfectio simpliciter sicut est ista posse facere qd̄libet alid̄ a se. ⁊ ita stat aliquē de deo aliquā eius proprietatem ⁊ perfectionē simpliciter negare dubitare vl̄ opinari quam alius firmiter credit. Sunt em̄ multe perfectiones simpliciter ⁊ proprietates dei que pure credunt̄ ex fide vel quas nullo modo est euidens deo conuenire sicut esse liberū. actiuū. ⁊ infiniti vigoris. ⁊ sic de multis alijs. quare ⁊c̄. Ideo ad conuenienter describendū deū pono istā regulaz ꝙ deus debet describi per illd̄ quod cōmuniter conceditur deo cōuenire ab om̄ibus qui cōcedunt deuz esse vt dicendo ꝙ deus est ens summe bonū ⁊ perfectissimū in entib̄. Omnes em̄ cōcedentes deū esse cōmuniter cōcederent deo illud conuenire ⁊ sic ista descriptio erit certa ⁊ cōmunis apud om̄es concedentes deū eē. Nō sic aūt esset si in sua descriptione deberet poni cōmuniter ⁊ indifferenter alij termini signantes perfectiones simpliciter qui de deo nō ab om̄ibus sed solum ab aliquib̄ vel a fidelibus cōcedūtur. sicut sunt isti essentia productiua omniū aliorū a se. essentia infiniti vigoris. eēntia cōmunicabilis tribus suppositis. eēntia creatiua de nihilo ⁊c̄. ¶ Tertio notandū ꝙ sicut iam patet ex dictis in descriptōe dei debet poni istd̄ aduerbium summe vel alius superlatiu⁹ includens ip̄m. sicut dicendo ꝙ deus est ens summe bonū. vel perfectissimū in entibus. Et ideo sicut superlatiu⁹ potest dupliciter exponi affirmatiue ⁊ negatiue sic iste termin⁹ deus potest habere duplicem descriptionē.

¶ Prima est ꝙ deus est ens omni alio a se melius ⁊ perfectius. ¶ Secunda est ꝙ deus est ens quo nihil est melius vel perfecti⁹.

DD ¶ Hijs premissis pono tres conclusiones. ¶ Prima ꝙ licet primo modo describendo deum nō possit a nobis euidēter probari tantū vnū deum eē. tamē sic potest euidenter probari ꝙ ad deum eē sequitur tantum vnū deuz eē. Prima pars ꝓbatur quia ista ꝓpositio deus est nō est per se nota nec ex per se notis demonstrabilis nec est nobis ꝑ experientiā euidens vt satis patet ex dictis ī primo articulo. ¶ Igitur ista tantū vnus de⁹ est nō potest nobis euidenter probari describendo deū illo modo. Consequentia patet. quia secunda euidenter infert primā ⁊c̄.

¶ Secunda pars probatur quia euidenter sequitur deus est ergo tantū vnus deus quia si detur oppositū scilicet ꝙ sint duo dij ⁊ plures dij illo modo describendo deū euidenter sequitur contradictio quia sequitur. a. ⁊. b. sunt duo dij ergo per illam descriptionem. a. est perfectior. b. ⁊ similiter ergo. b. est ꝑfectior. a. ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns. a. est ꝑfectior ⁊ īꝑfectior q̄ꝫ. b. ⁊. b. q̄ꝫ. a. quare ⁊c̄. ¶ Secunda conclusio ꝙ licet secūdo modo describenda deum nō possit a nobis euidenter probari tantum vnū deū esse nec ꝙ ad vnū deum eē seq̄tur tantū vnū deū eē. tn̄ ꝙ nō possit euidēt̄ probari nō possum⁹ euidēter ꝓbare. ¶ Pria ꝑs ꝓbat̄ q: dicēti ꝙ sunt plures dij eq̄liter ꝑfecti nō p̄t euidēter oppositū probari plus q̄ꝫ possit euidenter probari oppositū dicenti ꝙ sunt plures res eq̄liter perfecte quarū quelibet est deus sicut arguebatur ante oppositū ⁊c̄. ¶ Secunda pars probatur quia licet rationes probantes vnitatē dei possint apparenter solui ꝓpter quod bene concedo ꝙ vnitas dei nō potest nobis euidenter probari tamen nō potest euidenter ostendi ꝙ ille rationes nō concludunt. quia hoc nō possit euidenter ostendi nisi euidēter soluendo rationes illas quod nō possum⁹. Propter qd̄ cōcedo ꝙ ista negatiua vnitas d̄i nō potest euidenter probari. nō potest a nobis euidenter probari sicut licet ista sit vera trinitas personarū nō potest a nobis euidēter probari tamen ista negatiua nō potest euidēter probari ⁊c̄. ¶ Tertia cōclusio ꝙ licet nullo predictorum modorū describēdo deum sit nobis euidēs aut possit esse in naturali lumīe tātuz vnū deum esse tamē hoc est probabile naturali ratōe. ¶ Prima pars sequitur ex dictis supposito quid nomīs huius termini lumē naturale. per quē ītelligo lumē siue cognitionem sine errore ītellectui possibilē de cōmuni cursu nature. Et dico sine errore quia cō

gnitio erronea nõ debet dici lumẽ naturale sed potius tenebra. sic ergo sumendo lumẽ naturale. patet ꝙ in naturali lumine non est nobis per se aut per experientiã notum tantum vnũ deum esse vt clarum est. nec ex taliter notis potest nobis euidenter probari vt dictum est quare sequitur ꝙ hoc non est nobis euidens nec potest esse. igitur ⁊c. ¶ Secunda pars probatur supposito quid nominis huius termini ratio naturalis per quez intelligo rationez sumptam ex hijs que nobis apparẽt de communi cursu nature. Sic ergo sumendo patet ꝙ multe rationes naturales possunt fieri ⁊ facte sunt a philosophis concludentes tantũ vnum deũ esse licet non euidenter tamen probabiliter ⁊ probabilius q̃ꝫ posset concludi oppositũ vt post patebit.

EE ¶ Ex hijs sequuntur aliqua. Primo ex prima parte huius conclusionis sequitur ꝙ nec oppositum articuli de veritate dei nec oppositũ alicuius alterius ariticuli fidei potest probari in lumine naturali. Patz quia licet ad probandum opposita horuz articulorum fidei possint fieri alique rationes naturales ꝓbabiles tamen tales nõ probãt in lumine naturali qꝛ semper peccant vel in materia vel in forma ⁊c. quare ⁊ cetera.

¶ Secundo sequitur ꝙ articulum de vnitate dei crediderunt philosophi ⁊ probauerunt in lumine naturali. Patet in libris Aristotelis ⁊ aliorum plurium philosophorum

¶ Sed contra hoc est magister Hugolinus qui tenet ꝙ philosophus nunq̃ꝫ formauit propositionem mentalez veram de deo ⁊ ratio eius est quia cõceptus illi quos Aristotelis opinabatur vel credidit supponere ꝑ deo. pro nullo supponebant. Uerbigratia ꝑmum ens infinitũ in vigore vel cognoscens per suam essentiam ⁊ nihil extra se vel prima causa naturaliter agẽs vel summa perfectio solum in vno supposito existens ⁊ cetera. isti eniz conceptus pro nullo supponunt eo ꝙ ĩplicent aliq̃d qđ non potest vere dici de deo quare ⁊ cetera. Sed hoc dictuz videtur puerile nec eget reprobatione. ¶ Primo enim patet falsitas in negatiuis ⁊ cetera. ¶ Secundo in affirmatiuis potest euidenter ostẽdi quia licet hoc totuz asinus rationalis pro nullo supponit non tamen sequitur ꝙ li asinus per se nullo modo supponat. quare ⁊ cetera. Unde ad euidentem huius declarationem. ¶ Primo suppono ꝙ aliqua res bene concipitur pluribus cõceptibus pro ea supponibilibus. ¶ Secundo ꝙ ꝯceptus vnius rei potest non componi cuz alio cõceptu eiusdem rei vel non adiungi sibi per moduz determinationis cum suo determinabili.

¶ Tertio ꝙ isti conceptus prima causa et finitum in vigore sunt diuersi conceptus.

¶ Tunc arguitur sic stat ꝙ aliqua res concipitur vno conceptu pro ea supposite absq̃ꝫ hoc ꝙ alius conceptus priori adiungatur ꝑ modum determinationis ad suum determinabile ergo si talis conceptus predicetur de se erit propositio affirmatiua vera ⁊ per consequens Aristotelis formans istam mentalem. prima causa est. prima causa formabat veram propositionem ⁊ cetera. Item aliter sequitur ꝙ quicunq̃ꝫ opinaretur aliquez cõceptum supponere pro aliqua re pro qua nõ supponit tunc non possit habere conceptum supponentem pro illa re de qua false opinaretur. Consequentia patet sed absurditas consequentis patet quia sic quicunq̃ꝫ aliqđ falsum opinaretur de deo vt qđ possz facere supremam speciem ⁊c. nullum verꝝ crederet đ deo. ⁊ ita in alijs ⁊c. ¶ Tertio sequitur ꝙ articulus de vnitate dei licet nõ possit nobis fieri euidens in lumine naturali tamen hoc potest in lumine superiori. Patet quia in lumine supernaturali ⁊c. ¶ Quarto ex hoc sequitur ꝙ articulus de vnitate dei potest esse magis euidẽs q̃ꝫ nobis sit euidẽs veritas ꝑmi ꝑncipij. patz. qꝛ ꝓbabile est ꝙ ꝯp̃hensores in lumĩe patrie suꝑnaturali clari⁹ vident cõclusiones q̃ꝫ nos viatores ꝑncipia. nã cũ finite ⁊ nõ multũ clare videam⁹ ⁊ ꝑ lumẽ minus tã ꝑfectiõaliter q̃ꝫ gradualiter. videť ꝙ quelibet veritas necessaria possit absolute a nob videri clari⁹ q̃ꝫ nos mõ ꝑ lumẽ naturale primũ ꝑncipiũ videam⁹ ⁊c. FF ¶ Sed cõtra p̃dicta arguiť probãdo ꝙ vnitas dei possit naturaliter demõstrari. Primo quidẽ sic qꝛ euidẽs est aliq̃d posse nouiter esse ⁊ ꝑ ꝯsequẽs tale esse ꝓducibile ⁊ nõ a se ergo ab alio Et de illo quero vt prius ⁊ sic sꝑ vltra. vel ergo deueniã ad aliqđ simpliciter ꝑmũ ⁊ habetur ꝓpositũ vel erit ꝓcessus in infinitũ qđ est euidenter ĩpossibile ⁊c. ¶ Et si dicať ꝙ ꝯm ꝑhm in generationib⁹ est possibile ꝓcedere ĩ infinitũ hoc nõ valet qꝛ philosophus nõ cõcedit ꝓcessum in infinitũ in causis eẽntiali-

ter ordinatis. sed tantũ in accidentaliter ordinatis ¶ Secundo arguitur cõfirmando predictã rationẽ ⁊ ꝓbando ꝙ nõ sit possibilis ꝓcessus in infinitũ in causis essentialiter ordinatis quia vniuersitas causatoꝝ eẽntialiter ordinatorũ est causata igit̃ ab aliquo qđ est supra illã multitudinẽ ⁊ nõ est aliquid illius multitudinis. aliter em̃ idẽ esset causa sui ip̃ius. quare ⁊c̃. Item aliter sequeret̃ ꝙ idez effectus haberet simul ĩfinitas causas actu ip̃m causantes ⁊ ꝑ cõsequens in causis essentialiter ordinatis erit aliquid simpliciter primũ. ¶ Tertio arguit̃ per rationẽ cuiusdam doctoris qui tenet ꝙ predicta argumẽtatio valet ita bene in accidentaliter ordinatis sic̃ in essentialiter ordinatis si bene formet̃. Capio inquit totam multitudinẽ illorum quorum qđlibet habet aliqđ prius se. Tũc arguitur sic Tota ista multitudo habet aliquid ꝑius se. ergo ꝑter totam illã multitudinẽ oportet dare aliquid ꝑius vel ergo illud est simpliciter primũ ⁊ habetur ꝓpositum vel nõ ⁊ hoc est contra ꝓpositum quia ip̃m erit pars multitudinis illorum quorũ qđlibet habz aliq̃d ꝑius. quare ⁊c̃. ¶ Quarto arguitur sic si eẽnt plures dij aut distinguerent̃ specie aut solo numero. si specie tũc nõ essent eque perfecti ⁊ per cõsequens minus perfectus nõ esset đus. si solo numero tunc possent esse infiniti. quia quãdo sunt plura indiuidua distincta solo numero. nõ apparet ꝯtradictio quin sint plura. nec potest assignari status ad certum numerũ quin maior possit esse ⁊c̃. BB

¶ Ad ista respondet̃ ad primũ ⁊ secundũ simul̃ respõdẽdo quia faciunt vnã rationẽ. vnde ꝑmo dico. ista ratio nõ probat euidenter tantum vnũ deum esse. qđ patet multipliciter.

¶ Primo quia in ista ratione presupponitur nouitas rei que nõ prefuit nec aliquid eius. talis aũt nouitas nõ concluditur euidenter ex apparentibꝫ naturalibus cũ multe mutationes valde apparenter saluẽtur a modernis absq̃ ꝑexistentia distinctaꝝ nouitate sicut đ motu locali ⁊ de motu ad quantitatem ⁊c̃. Et tali modo diceret ꝓteruus ꝙ possent saluari om̃es mutationes ad accidentia ⁊ etiã ad substãtias a fortiori. qꝛ nõ sunt sensibiles nisi ꝑ mutationẽ factã in accidentibꝫ sensibilibus ⁊ sic si talia saluarent̃ ꝑ res aliter se habere vel apparere res aliter se habere solũ. nõ req̃reret̃ aliqđ agens extrinsecũ a re ip̃a alit̃ se hñte. nã res aliquando aliter se habet vel apparet aliter se habere se ip̃a sola sine extrinseco agente sensibili vel apparente. ¶ Secundo in predicta ratione presupponit̃ bonitas huius consequentie. si aliquid nouiter est illud producitur ab aliquo hec autem cõsequentia non est euidens ⁊ cetera. Diceret em̃ ꝓteruus ꝙ sicut nõ seq̃tur euidẽter. a. nouiter nõ est. igit̃ ab aliq̃ nouiter nõ est. sic nõ euidẽter sequit̃. a. nouiter ẽ igit̃ ab aliq̃ ⁊c̃. qꝛ sicut aliquis potest đsinere esse ꝑ solã absentiam cõseruantis nullo ad hoc positiue agẽte. sic potest incipe esse ꝑ solã absentiã impediẽtis nullo ad hoc positiue cõcurrẽte ĩmo diceret ꝓteruus valde apparenter ꝙ multuz difficile est exprimere quid est vnaz rem esse ab alia siue effici aut produci ab ea. maxime vbi vna potest esse sine alia. ꝟbigratia tu dicis ꝙ ignis efficit vel producit calorem ⁊ est eius causa efficiens constat tamen ꝙ iste calor posset esse ⁊ nõ esse ab illo igne. sed a solo deo. igne se habente ad illum calorem omnino similiter sicut prius. scđm omnẽ nostraz apparentiã ⁊c̃. quare ⁊c̃. ¶ Tertio ista ratio presupponit ꝙ aliq̃ sunt cause essentialit̃ ordinate hoc aũt nõ ẽ euidẽs qꝛ ille ꝯditões causarũ essentialit̃ ordinataꝝ quas inferiꝰ ponã nõ possent euidẽter ꝓbari ꝯuenire aliquibꝫ causis vt patet intuẽti. ¶ Quarto ista rõ ꝑsupponit ꝙ nõ sit possibil ꝓcessus in infinitũ ĩ causis eẽntialiter ordinatꝫ. h̃ aũt nõ est euidens. tum ꝑmo qꝛ scđm ph̃os talis ꝓcessus cõcedit̃ possibilis in causis accidẽtalit̃ ordinatis. tum secũdo qꝛ ꝯz fidez posset ꝓbabilit̃ dici ꝙ deꝰ posset facere ĩfinitas causas actu existentes sibi essentialiter ordinatas ⁊c̃.

¶ Quinto cõcessis om̃ibꝫ ꝑdictis adhuc ratio nõ ꝓbat euidenter. quia proteruus diceret ꝙ in causis essentialiter subordinatis esset circulatio ita ꝙ quelibet esset ab aliqua ⁊ sic nec esset processus in infinitum nec aliqua simpliciter prima. ꝙ autem talis circulatio non sit possibilis potest euidenter probari.

¶ Sexto concessis omnibus presuppositis ⁊ etiam ꝙ non sit talis circulatio possibilis ad hec ratio non probat aliquid eẽ simpliciter primum exponendo affirmatiue. i. quo nihil est prius ⁊ sic ratio nõ probat euidenter illud primum efficiens esse tantum vnum. quia proteruus diceret ꝙ plura essent prima efficientia. ita ꝙ nullo aliquid esset prius efficiẽs. diceret etiã ꝙ licet vnũ eẽt tantũ primũ efficiens. illud tamẽ nõ eẽt sim

pliciter primū ens ⁊ perfectissimū quia aliquid esset eo prius quod nō eēt efficiens sed eius vltimus finis ꝓpter quod ageret. ⁊ sic ꝑmum efficiens nō eēt deus. Patet ergo ꝙ ꝓdicta ratio nō probat euidenter tantū vnuz esse deū. ¶ Et predicto processu apparet ꝙ in philosophia seu doctrina Aristotelis nulle vel pauce sunt rationes euidēter demonstratiue patet quia illa ratio videtur apparentior inter oēs quas vnq̄z Aristotelis fecit ⁊c. Item sequit ꝙ philosophia Aristotilis seu doctria magis debet dici opinio q̄z scientia ⁊c. ⁊ ideo valde sunt reprehensibiles qui nimis tenaciter adherent auctoritati Aristotelis ⁊c. ¶ Secūdo principaliter dico ad predictā rationē ꝙ ista ratio licet nō sit demonstratiua ipa tamē est probabilis ⁊ debet dici bona ratio naturalis. Patet quia licet proteruus possit eaz multipliciter euadere vt patuit. tamen ꝓbabilius persuadet q̄z possit persuaderi opposituz ⁊c.

¶ Tertio dico ꝙ ista ratio potest apparentiꝰ ⁊ efficatius formari q̄z Aristotelis eā forma uit vnde sicut dicit Ockam apparentius potest probari primitas efficientis et eius vnitas per conseruationē rei a sua causa q̄z per productionē accipiendo productionē scōm ꝙ est rem accipere esse immediate post nō eē Cuius ratio est quia nimis difficile eēt probare ꝙ nō sit processus in infinitū in causis eiusdem rationis quarū vna possit esse sine alia. sicut philosophi posuerunt hominē generantē ante hominē generatū in infinituz. ¶ Similiter difficile est probare per productionez ꝙ vnus homo nō possit produci ab alio sicut a causa totali. modo si ista duo cōcederentur nō posset probari ꝙ iste processus in infinitū nō esset possibilis nisi eēt aliquid vnū semper manens a quo tota ista infinitas dependeret. Et ideo ratio potest melius sic formari quecquid realiē producitur ab alio q̄diu manet in eē reali ab aliquo realiter cōseruatur. sed iste effectus producitur igitur q̄diu manet ab aliquo conseruatur. tunc quero de illo conseruante aut potest ꝓduci ab alio aut nō. si nō tunc est efficiens ꝑmum sicut est conseruans primū quia eē cōseruans est eē efficiens vt ostendā in quarto ¶ Si aūt illud conseruās producitur ab alio igitur conseruatur ab alio ⁊ de illo alio quero sicut prius ⁊ sic vel oportet procedere in infinitū. vel oportet venire ad aliquod primum conseruans nō conseruatū ⁊ tale est ꝑmum efficiens Sed nō ē possibile eē processum in infinitū in conseruātibus quia tunc actu eēnt infinita quod est impossibile saltez naturaliter. sicut posset probari per rationes philosophi ⁊ aliorū que sunt satis rationabiles. Et per consequēs per istā rationē patet sufficienter licet nō euidenter ꝙ oportet dare primū conseruans ⁊ ita primū efficiēs.

¶ Differt aūt ista ratio ab alia ratione facta sub alia forma quia ista arguit per cōseruationē alia per productionē modo semper oīne conseruans aliud siue mediate siue immediate est actualiter cū suo conseruato ⁊ econuerso. nō aūt oīne productū ab alio requirit ꝙ illud a q̄ est productū sit simul actu cum eo ⁊ sic q̄uis possit poni processus in infinitum in causis producentibus sine infinitate actuali. nō tamen in cōseruantibus ⁊c. quare ⁊c. Et sic patet quomodo predicta ratio potest apparenter fortificari. ¶ Quarto principaliter dico circa predictā rationez ꝙ ipsa solum valet arguendo in causis eēntialiter ordinatis ⁊ nō in accidentaliter ordinatis sicut prius tactū est. ideo ad declarationē huius videndū est que sint cause eēntialiter ordinate ⁊ que accidentaliter ordinate. Et de hoc dico ꝙ inter eas est triplex differentia.

¶ Prima est ꝙ in causis essentialiter ordinatis secunda dependet a prima in causando. Cause aūt accidentaliter ordinate sunt quarū neutra ad productionē alicuius effectus aliaz requirit naturaliter in causando.

¶ Secunda differētia est que sequitur ex prima ꝙ in causis essentialiter ordinatis est causalitas alterius rationis et alterius spēi ita ꝙ cause eēntialiē ordinate sunt alteriꝰ speciei. quia ad causationē vnius effectus sufficit vnū vnius rationis. quare ⁊c. ¶ Tertia differentia est ꝙ oīnes cause eēntialiter ordinate simul requiruntur ad causandū effectuz in causis aūt accidentaliter ordinatis nō requiritur earuz simultas in causando. quare ⁊c. ¶ Et si dicatur ꝙ mus ⁊ sol eēntialiter subordinātur in causando mur ⁊ tamē non requritur eaꝝ simultas. dico ꝙ licet mus essentialiter subordinatur ad solē nō tamē ecōuerso ⁊c. ¶ Unde circa predicta sciendum est ꝙ causaruz concurrentiū ad determinatū effectū si vna ñ possit ꝓcurrere nisi alia cōcurrat ita ꝺpēdet vna ab alia ī causando sic ecōuerso generaliē tm illa q̄ est prior ⁊ illimi

tatior non sic omnino dependet a posteriori causa eiusdē effectus sicut econuerso. verbi gratia. dico q̄ in generando hominē homo essentialiter a sole dependet z ecōuerso. quia nec homo sine sole nec sol sine homīe potest hominē generare sed tamē sol sine sorte potest hominē generare z sic causa vniuersaliori z illimitatior nō omnino dependet ab inferiori. scilicet sol ab homine sicut inferior a superiori z vniuersaliori propter causam dictam scilicet quia sol in p̄ducendo hominez nō requirit necessario hoc singl'are puta sortem ad cōproducendū sed ecōtra. Aliquando aūt non ē sic mutua dependētia causarū cōcurrentiū in causando sicut quādo sol et mus generant murē quia licet mus nō possit generare murē sine sole. sed tamē potest sine murc. z per hoc potest apparere quomodo procedūt z quomodo multe instantie q̄s in hac materia mouet ockam contra scotuz ponentē predictas differentias zc. ¶ Exp̄ dictis sequit primo q̄ nō est nobis euidens per experientiā nec per demonstrationē sed solum opinatū vel creditz aliquas causas sic esse essentialiter ordinatas. patz satis per predicta. ¶ Secundo sequit q̄ fm fidem oīs causa creata nō solū in essendo sed etiam in causando essentialiter ōpendet a deo. ¶ Tertio sequit q̄ deus a nulla causa depēdet essentialiter in causando. ¶ Quarto sequitur q̄ fm fidē simpliciter et absolute nihil essentialiter ōpendet ab aliqua causa creata siue in causari siue in esse. ¶ K K Circa qō sciendū qō aliquid essentialit dependere ab alio potest dupliciter intelligi. ¶ Uno modo simpliciter z absolute. quia scilicet sine illo nō posset esse vel conseruari aliis quibuscunq̄ positis. z sic nihil eēntialiter dependet nisi a solo deo. Alio modo fm q̄d quia scilicet de facto ponit in eē z conseruat ab illo z sine illo nō fieret nec naturaliter fieri posset licet bene absolute. z sic aliquid essentialiter dependet a causa creata quia fm cursum nature causat z conseruat ab illa zc Sic igitur patet ad predictā rationē quantum probat z quantū nō et qualiter debeat intelligi zc. ¶ Ad tertiā rationē dico q̄ non valet. vnde ipa habet multas instantias. nā consimiliter probarek primū instans temporis z p̄mū p̄ctū in cōtinuo z q̄ in eo nō sūt partes infinite z q̄ mund⁹ nō durabit in infinitū sicut patet intuenti zc. Unde maior ē falsa si li tota capiat kathegorice nec p̄batur ad illū sensum. z sic nō valet ratio gratia forme. gratia tamē materie tenet de primo agēte licet nō p̄incat zc. ¶ Ad quartaz dico q̄ licet illa sit bona ratio naturalis z probabiliter concludens q̄ non possunt esse plures dij nō tamē euidenter probat. quod patet qz nō potest demonstrari q̄ species plurificabilis in indiuiduis nō terminet se ad certuz numerū indiuiduorū. Non eīn potest demōstrari quin aliqua astra sint eiusdē speciei et tamē illa fm philosophos sibi determinant certū numerū indiuiduorū sub qualibz specie ita q̄ nō possunt plura esse sub eadē specie. Similiter sol est eiusdē speciei cum suis medietatibz z tamē determinat sibi certū numerum medietatuz. Similiter fm catholicos tres p̄sone diuine sunt eiusdē speciei z tamē determināt sibi certū numeruz. Et ita dicere posset proter⁹ q̄ species diuina determinat sibi certuz numerū ita q̄ sunt duo vl' tres dij eiusdē speciei. nec possunt plures esse nec oppositz possit euidenter p̄bari pl⁹ q̄s possit euidēter probari q̄ tres p̄sone eiusdem speciei z equalis p̄fectionis quarū qualitas est deus nō possunt esse īmo apparentius posset probari q̄ sunt tres tales persone q̄s q̄ nō sint tres dij quia ad saluandū p̄muz oportet ponere q̄ vna res est tres res z quelibet illarū. z p̄pter hoc negare consequētias valde apparentes. s. sillogismū expositorium barbara z cetera vt post patebit nō aūt propter secundū. Et similiter valde difficile est saluare q̄ sint tres tales persone absq̄ hoc q̄ ponātur tres dij. vt magis post apparebit. Et per hec que dicta sunt patet. quomodo potest respōderi ad oīes rōes que possunt fieri ad probandū vnitatem dei ostendendo q̄ non demōstrant sed semper aliquod assumunt dubium vel eque aut magis ineuidēs sicut illud quod probant z sic petunt principium vt ostendit ockam contra scotum primo quolibet. questiōe prima. Et hec de tertio articulo. L L ¶ Tunc ad rationes principales. Ad primam patet et primo articulo q̄ antecedens est negandum. Et ad probationem dico q̄ est cognitio abstractiua z non omnis talis p̄supponit intuitiuā illius rei cuius est sed alterius z sic habemus de deo cognitionē abstractiuam ex cognitione intuitiua creature per modum ibidem dictum. Qualis autez sit ista cognitio

dei dictū est. ¶ Ad confirmationē conce/
ditur antecedens et negatur consequētia et
ad auctoritatē philosophi dico ꝙ ipe loqui
tur de cognitione intellectiua causata a fan
tasmate ipsius rei intellecte et de omni tali
veruz est ꝙ ipa dependet ex cognitione sen/
sitiua eiusdez rei. cui⁹ ratio est qꝛ de nulla re
potest haberi fantasia sine sensatōe p̄uia illi/
us rei ibi ergo philosoph⁹ solū loquit̄ de co/
gnitione intellectiua rerū sensibiliū causata
ex fantasmatib⁹ ⁊ sic illud intelligit̄ tertio de
anīa ꝙ nequaq̄ sine fantasmate ītelligit ani
ma. Propter hoc tamē nō sequit̄ ꝙ de deo ñ
possit haberi cognitio intellectiua nisi de eo
p̄cedat cognitio sensitiua quia de ipo nō ha
betur cognitio cāta ex fantasmatib⁹ sicut ha
betur de sensibilib⁹ sed solū ex discursu ratio
nis qui mod⁹ potest fieri sine fantasmatibus
⁊ sensatōe. quare ⁊c̄ ¶ Ad secundā patz ex se
cundo articl'o. ꝙ ipa cōcludit verū ⁊ est pro
dictis ibidē. ¶ Ad tertiā patet ex tertio arti
culo. ꝙ antecedēs ⁊ ꝯsequēs est verū ⁊ de ꝓ
batione ꝯsequētie patuit ibidē. Ad aliā post
oppositū negat̄ minor ⁊ clare patet ꝙ ꝓbatio
nō valet ⁊c̄. quia ita argueret̄ d̄ qualibz alia
re qꝛ cuilibet rei esse de sua q̄dditate ⁊c̄. Ad
ꝯfirmationē q̄cquid sit de maiore negat̄ mi
nor. quia ista est dubitabilis ⁊ nō per se nota
īmo nec euidēter demōstrabilis necesse esse
est ⁊c̄. ⁊ hec de tertia questione.

¶ Distinctio tertia.

A

Circa tertiam di
stinctionē huius libri primi ī q̄
ostendit magister qualit̄ in crea
turis ē vestigiū ⁊ imago trinitatis formo istā
questionē vtrū creatura rōnalis sit vestigiū
⁊ imago increate trinitatis. ¶ Arguit̄ p̄mo
ꝙ nō. quia nulla creatura est vestigiū increa
te trinitatis. igit̄ ⁊c̄. ꝯseq̄ntia ptz ⁊ antecedēs
ꝓbat̄. qꝛ vestigiū ducit in noticiā illi⁹ cui⁹ est
sed nulla creatura ducit in noticiā trinitatis
īmo poti⁹ ex creaturis naturalit̄ cōcludit̄ ꝙ
nulla res sit tres res ⁊ q̄libet eaꝝ ⁊c̄. ¶ Se/
cūdo sic ꝙ creatura rōnal' nō sit vestigiū tri
nitatis quia in illo quod ē vestigiū trinitatis
inuenit̄ triū reꝝ realis distinctio sicut in ipa
trinitate sunt tres ꝑsone realiter distincte sz
aliqua creatura rōnalis sicut anīa vel ange/
lus est simplex ⁊ indiuisibilis ī qua nō est di
stinctio. igit̄ ⁊c̄. ¶ Tertio sic ꝙ creatura rō/
nalis nō sit imago trinitatis. quia si ⁊c̄. vel h̄
esset rōne substātie anīe. vel rōne suoꝝ actu/
um. nō rōe substātie qꝛ cū sit simplex nec in
ipa sit distīctio reꝝ ipa nō rep̄sentaret distin
ctionē ꝑsonarū nec ratōne suoꝝ actuū quia
nō rep̄sentaret cōsubstātialitatē ꝑsonarū ⁊c̄.
¶ In oppositū arguit̄ quia scd̄m Augusti/
nuz. vj. de trinita. capl'o vltimo. Oportet vt
creatorē per ea que facta sunt intellecta con
spiciētes trinitatē intelligam⁹ cuius in crea/
tura quomodo dignū est apparet vestigium
Et si hoc verū sit d̄ aliqua creatura maxime
videt̄ de rōnali quā etiā in plurib⁹ locis di/
cit esse imaginē trinitatis scd̄m mentē. vt pa
tet. xij. de trini. capl'o. xvij. ⁊ alijs diuersis li/
bris eius ⁊c̄ Primo p̄mittā tria notabilia ad
terminorū declarationē. Secūdo ponā ad
quesitū triplicē cōclusionē. Tertio soluā cir
ca istā materiā triplicē dubitationē. ¶ Cir/
ca primū in p̄mo notabili videbit̄ quomodo
vestigiū ⁊ imago in aliquib⁹ cōditionib⁹ cō/
ueniūt ⁊ in aliq̄bus differūt. In scd̄o quo/
modo vestigiū sumit̄ mltipliciter. In tertio
quomodo imago similiter. B ¶ Pro
quo notandū scd̄m ockam ꝙ vestigiū ⁊ ima
go aliquas habēt cōditiones ⁊ ꝓprietates cō
munes ⁊ aliquas ꝓprias. Prima ꝓprietas cō
munis ē ꝙ tam vestigiū q̄ꝫ imago differt ab
illo cuius est. Secunda ꝙ vtrūq̄z ducit ī no
ticiā illi⁹ cui⁹ est. Tertia ꝙ vtrūq̄z ex natura
sua nō plus rep̄sentat vnū indiuiduū q̄ꝫ ali/
ud sibi similimū. vnde ꝙ rep̄sentat vnū indi
uiduū ⁊ nō aliud hoc est ideo. quia nō inue
nitur aliud indiuiduū sibi sil'imū. Tamē cir
ca hoc est aduertendū ꝙ aliquid ducere in
noticiaz alterius potest dupliciter intelligi.
Uno modo quia est causatiuū cognitōis al
terius mediante sua noticia ita ꝙ noticia ipi
us sit causa noticie alterius. Alio modo q̄a
est causatiuū cognitōis alterius immediate
sine noticia sui sicut intellectus ducit tanq̄ꝫ
causa in noticiam cuiuslibet intelligibilis.
¶ Primo modo adhuc contingit duplici/
ter. quia vel ducit in primaz talē noticiam.
vel tantuz facit rememorationem de aliquo
habitualiter noto. ¶ Primo modo noticia
singularis est causa noticie vniuersalis ⁊ no
ticia premissarū noticie conclusiōis. sed nū/
q̄ꝫ isto modo noticia vnius rei incōplexa est
causa sufficiēs alterius noticie prime alteri⁹
rei incōplexe. ¶ Secundo mō vna res incō
plexa mediante noticia sua potest esse causa

partialis rememoratõis alterius rei habitu aliter nocte illa aũt noticia habitualis necessario currit in ratione cause partialis. & isto modo tam vestigiũ q̃z imago representat illud cuius ē sicut patet ad experientiã de imagine herculis que solũ representat herculez illi qui primo habuit noticiã ō hercule & sic de vestigio ꝛc. Ex hijs sequit q aliqua duo possunt se repsentare mutuo patz si sint duo homines multũ similes & sint noti aliquibus vterq; indifferẽter poterit ducere in recordationẽ alteri⁹ ꝛc. Sed etiã vestigiũ & imago ĩ aliq̃bus differunt. ¶ Prima differentia est quia de rõne vestigij est q sit causatuz ab illo cui⁹ est quia vestigiũ vt patz inductiue dicitur illud qd est derelictũ ab alio. de ratiõe aũt imaginis nõ est q sit causata ab illo cui⁹ est quia imago herculis potest esse ab alio q̃z ab hercule. ¶ Scda differẽtia sequit ex prima. q vestigiũ nisi sit impeditũ ducit nõ tantum in noticiã recordatiuã illius cui⁹ est sed etiã in noticiã ꝛplexã alicui⁹ veritatis ꝓtingentis de ipo. verbigratia vestigiuz expedebonis nõ tantũ facit recordari ō boue habitualiter noto sz ducit cõmuniter in noticiaz hui⁹ q bos hic trãsiuit q̃zuis qñq; posset ẽ errorꝛc. imago aũt quia nõ necessario causatur ab illo cui⁹ est ideo nõ facit regulariter noticiã alicui⁹ veritatis cõtingentis ō illo cuius ē nisi forte recordatiuã de q̃ nunc nõ est sermo & sic ptz ꝛc. ¶ Secũdo notãdũ q vestigiũ put vna creatura dicit vestigiuz alteri⁹ accipitur triplicit Uno mõ large & sic vestigiũ est effect⁹ derelict⁹ ex aliq̃ causa rememoratiu⁹ ipius & ducẽs ꝓmuniter in noticiã alicui⁹ ꝓpositõis cõtingẽtis enũciantis eẽ vel fuisse. vl alicui⁹ talis de ipa causa & sic fumus derelict⁹ ex igne vel cõbustio derelicta potest dici vestigiũ ignis. & etiã odor derelictus ab aĩali vestigiũ aĩalis. Scdo mõ dicitur vestigiũ magis stricte p impssione alicuius in aliq̃d sibi cedẽs remanẽte in absentia illi⁹ & sic in cera relinq̃tur vestigium sigilli. Tertio mõ strictissime & sic dicit impssio alicuius ptis alicui⁹ toti⁹ in aliq̃d sibi cedẽs derelicta & manẽs in absentia illi⁹ & ducẽs i ꝛrecordationẽ ei⁹ ꝛc. ¶ Tertio notandũ q imago etiã accipit triplicit Uno mõ strictissime & sic imago est substãtia formata ab artifice ad similitudinẽ alteri⁹ scõm aliq̃ accidẽtia conformia accidẽtibꝫ illi⁹ ad cui⁹ similitudinẽ fit distincte ab alijs repsentãs sibi dissimilibꝫ ĩ aliq̃bꝫ accidentibꝫ suis. verbigratia. Lignũ format ad similitudinez herculis vt habeat ꝓsimilẽ figurã qualẽ habuit hercules & cõsimiles colorez ꝓpter q̃ facit cognoscentẽ venire ĩ recordationẽ isti⁹ herculis scõm qõ ẽ ali⁹ ab alijs hoĩbꝫ qui nõ habẽt ꝓsimilia accidẽtia. & isto mõ imago nõ est pmo similitudo totius. sed est pmo similitudo accidẽtis q; accidentia sunt similia in eis sed nõ subie ꝛc. Et sic accipiẽdo imaginẽ de rõne imaginis ẽ q fiat ad imitatõz illius cui⁹ est. hoc tñ nõ cõpetit sibi ex natura sua sz tantũ ex intẽtione agẽtis. quia posset simplicit fieri nõ ad imitationem illi⁹. Secũdo accipit imago p tali formato siue fiat ad imitationẽ alteri⁹ siue non. Tertio mõ p oĩ vniuoce ꝓducto ab alio qõ fm rõem sue ꝓductõis ꝓducitur vt simile. & sic filius possz dici imago patris qualit apostolus vocat filiũ dei ꝛc. D ¶ His pmissis ponã tres ꝓclusiones. Prima est q rõnalis creatura & generaliter q̃libet alia põt rationabiliter dici vestigiũ trinitatis inquãtũ scz appropriata creaturz possunt aliq̃ modo ducere in noticiã appropriatoꝝ in diuinis psonis. patet q; possunt ducere in noticiã recordatiuã. Uerbigratia ex specie in creatura cõcludit pulchritudo q̃ est vnũ appropriatũ diuine psone. postea accurrẽte aliq̃ pulchra creatura incipit intellect⁹ recordari de pulchritudine diuina & sic ducit in noticiaz recordatiuã ipius & hz rõem vestigij & ista est pma ꝓueniẽtia cũ vestigio corpali. Secũda ẽ q; sicut vestigiũ corpale est causatũ ab illo cui⁹ est vestigiũ ita q̃libet creatura a deo ꝛc. Ex qua sequit tertia q sicut vestigiũ corporale ducit ĩ noticiã ꝓplexã alicui⁹ veritatz ꝓtingẽtis de illo cui⁹ est. ita creatura ducit ĩ noticiã ꝓplexã de deo ꝓtingentẽ vt q de⁹ causat hoc vl hmõi. Quarta q sicut vestigiũ cõuenit cũ illo cui⁹ est in aliq̃bꝫ accidẽtibꝫ & nõ in oĩbꝫ ita creatura habet aliqs ꝓcept⁹ vniuocos cuz deo & aliquos non. Quinta q sicut vestigiũ corporale est similitudo aliquo modo & nõ simpliciter expressa. ita creatura respectu dei. ¶ Pro scda ꝓuenientia vidẽdum est que sint illa ĩ creatura in quibꝫ consistit vestigium. vnde dico q aliquãdo vestigium consistit in realiter distinctis quia aliqñ rei substantiã representat aliquod appropriatuz patri & vna qualitas vel actio representat aliquo speciali modo aliquod appropriatum filio ad aliud accidens. aliud appropri-

atuz spiritui scto z tūc vestigiū psistit in substantia z diuersis accidētibꝫ z hoc patet per Augustinū. vj. de trini. c. vl. vbi assigt quo i creaturis est vestigiū trinitatis in q assignationes partes vestigij distinguunt. Patet etiaz satis in distinctōe ex dicts mgri z auctoritatibus ibidē zc. aliqñ aūt nō distinguunt realit sed ē vnicū qđ sortit diuersas denoiatōes vt cōtentū sub diuersis pceptibꝫ quo possunt haberi diuersa appropriata in deo z tūc in illo qđ est vestigiū nō sunt multa sed est tantū vnū tamē ex illo possunt haberi in recordatione plura recordabilia de deo appropriata diuersis personis. ꝓmo mō nō oīs creatura est vestigiū trinitatis qz nō quelibet habz diuersa accidentia. sed scđo mō quelibet creatura est vestigiū trinitatis z sic patz ꝓma cōclusio zc. E Scđa ꝓclusio est q creatura rōnalis z nulla alia ē imago trinitatis. ptz qz vt apparet ex dictis imago fm q inuenit in creaturis dicit ꝓpter ꝓformitatē alicui⁹ similitudinis in illo cui⁹ est imago z in imagine qđ est natū ducere in recordationē illius cuius est imago z per ꝓsequēs illa creatura maxie ꝓprie dicet imago dei que aliqđ habet deo similitudinē ita q est ꝑcise cōe vniuocū đo z illi. sz sola creatura rōnalis est talis. qđ patet qz nihil ꝓmune vniuocū deo z cuicunqz creature est tale quin possit ꝓpetere creature rōnali. patz em q entitas bonitas veritas perfectio z sic de oīmbꝫ aliis q ꝓueniūt ꝓprie đo z creature rōnali z nō solū fm similitudinē ꝓueniūt etiā deo z creature rōnali multa ād ꝓprie ꝓueniētia deo sunt ꝑcise ꝓmunia deo z creature rōnali sicut cē itellectiuū volitiuuz iusticia misćdia sapiētia z sic de aliis. iō creatura rōnalis sola dicit imago dei q̄ꝫ nō ita pfecte sicut si itellectio volitio zc eēnt accidentia in deo vt in creatura zc. C Tertia ꝓclusio ē q creatura rōnalis sic ē imago trinitatis q rō imaginis ꝓsistit radicalit z originalit in ipa aīa fm suā subam. sz tñ pfectiue z ꝓpletiue ꝓsistit in substātia aīe z duobꝫ actibꝫ ab ea ꝓductis. Prima pars ptz p Augustinū. xiiij. de trini. c. viij. Eo aīa imago dei est q capax ē participatiuꝫ eē potest. z sic đ q̄cunqz verificat eē capax dei posseqz ei⁹ esse pticeps de illo solo verificat imago dei ideo aīa solū sensitiua vl etiā itellectiua fm partē sensitiuā nō dicit imago dei sed aīa intellectiua scđm suā substātiā est capax dei. igit zc. Si vero dicat q aīa nō ē capax dei nisi pactus. Rñdeo q li per pōt dicere circūstanti am subiecti seu denoīati tali demonstratōe vel circūstantiā ꝓnotati sine q nō sic denoīatur. Primo mō aīa est capax dei per suā substantiā qz ipa ē illud qđ capit deū. Secūdo mō ipa ē capax dei p actꝰ suos sine quibꝫ nō pōt capere deū zc. scđa ps ptz z ē ꝓpria sctī thomā qui ponit qđ imago ꝓsistit in potentys aīe z nō in actibꝫ. Sz ꝓpria hoc ē Augu. in quodā sermone dicēs q si hō seruasset in se bonū qđ in illo creauit dꝰ id est imaginē suā nō solū sp laudaret dēū lingua sz z vita ergo fm Aug. creata fuit in hoie imago dei quā nō seruauit sz hoc nō potest intelligi de substātia aīe aut potētijs ergo intelligit de aliq accidēte creato qđ hō perdidit p peccatum ipius. Sz tale nō pōt poni nisi actꝰ intelligendi aut volēdi vel habitus z si habitꝰ ptineāt ad imaginē multo magis ipi actus. Cōfirmat qz oīes ponūt imaginē in tribꝫ ꝓsistere habētibꝫ ordinē ordinis inter se sz aīa aut potētie aīe nō originant. iđo oportet ponere aliq accidētia originata ptinere ad imaginē trinitatis increate. Sic g ptz q ꝓpletio imaginis ꝓsistit in ipa substātia aīe z duobꝫ actibꝫ scilicz actu intelligēdi z volendi z etiā pōt ꝓsistere in ipa substātia aīe z duobus habitibꝫ corrūdentibꝫ dictis actibꝫ. vñ q̄ꝫ sint multi actꝰ z habitꝰ diuersaz speciērū sic iusticia. misćdia. ars. sciētia. prudētia zc. tñ oīa reducunt ad duo genera ideo ponit imago in duobꝫ. F Tūc igit loquēdo de actibꝫ naturalibꝫ pōt assignari iste ordo q sicut pater in diuinis habet fecunditatē ad ꝓducendū filiū z spiritū sanctū z ꝓmunicat filio fecūditatē ꝓducēdi spiritū sanctū z sic pater z filiꝰ ꝓducūt spm sctm. C Sic ipa substātia aīe est fecūda z productiua tā actꝰ intelligēdi q̄ꝫ volēdi z tūc iste due cause. s. sbia aīe z actꝰ intelligēdi possunt ꝓducere actū volendi ita q sic filiꝰ in diuinis ē tātū ab vno z spūssctūs est a ꝑe ꝓducētе a filio ꝓducto z sic imago pōt aliq mō repñtare distinctas psonas fz originē ac ordinē eaz. qz ista imagine est actualis rez trinitas sz nō est ꝓsubstantialitas nisi iquātū illi duo actꝰ in eadez substātia repiunt z sic pōt imaginari imago Sz etiā pōt assignari imago in ipis potētijs nō q sint realit distincte sz p hūc moduz quia eadē substātia aīe dicit memoria. intellectꝰ z volūtas. Dicit em intelligētia inquātū ipsa potest ꝓducere verbū seu actū intelligēdi sic

quia de nulla re que cōtingēter erit ꝓpe enunciatur q̄ hec res erit. Nā si talis enūciatio esset vera sequit̄ p legē ꝓtradictorie q̄ sua cōtradictoria essent falsa. sed hoc nō est verum quia tale ꝓtingēs nō est pl⁹ determinatū ad esse q̄ ad nō esse. aliter nō esset ꝓtingens ad vtrūlibet. ꝛ p̄ sequēs nō est possibile vnam partē ꝓtradictōis verā esse determīate ꝛ aliam determīate falsam. cū nō sit potior ratio q̄ vna sit vera q̄ alia. Cōfirmat̄ p Aristotelem. ij. periarmē. vbi determīat q̄ nulla talis est vera. ꝛc. ¶ Secūdo arguit̄ sic. deus non est sciētia oīm cognoscibilium. Igit̄ questio falsa. p̄ña tenet. quia ipa supponit oppositum sed añcedēs probat̄. q⁹ de⁹ nihil aliud a se intelligit vel cognoscit. Nā deus a nullo pōt aliquid pati cū sit actus pur⁹ ꝛ nulli⁹ rei receptiuus. sed oīne q̄ intelligit aliud a se patit̄ ab illo sicut patz in omnib⁹ inducēdo. igit̄ ꝛc Cōfirmat̄ p Aristotelē ꝛ cōmentatorem. xij. methaph̄. vbi expresse hoc determinant. ꝛc.

¶ Tertio arguit̄ sic. quia cū dei omniscientia nō stat ꝓtingētia futuroꝝ. igit̄ questio falsa. p̄ña tenet sed añs pbat̄. q⁹ si de⁹ scit aliq̄d fore cū eius sciētia sit necessaria ꝛ immutabilis illud necessario ꝛ īmutabilit̄ erit ꝛ p̄ p̄ns nō est ꝓtingēter futurū. Cōfirmat̄ p Augustinum. libro. vj. sup Gen̄. ca. xxiij. Ubi dic̄. q⁹ illud q̄d deus p̄sciebat necessario futurū erat Et. iij. de li. ar. ca. iij. vbi dic̄. q⁹ aliter fieri nō potest q̄ deus p̄scinit ꝛ p̄p̄ns nō stat deū aliquid p̄scire ꝛ illud cōtingēter euenire. ꝛc.

¶ In oppositū est magister in lra. ꝛ ad h̄ est cōmunis doctrina catholica. ¶ In ista questione erūt tres articuli iuxta materiā triū argumētoꝝ. Primus est vtr̄ deus scit p̄sciētia veroꝝ ꝓtingētium. Secūd⁹ vtr̄ de⁹ scit scia oīm cognoscibiliū Tert⁹ vtr̄ cū dei omniscientia stet ꝓtingētia futuroꝝ ¶ Circa p̄mum articulū videndū erit Utrū aliqua p̄positio singularis de inesse cathegorica in materia de futuro ꝓtingēti ad vtrumlibz sit determinate ꝑa. ꝛ ei⁹ ꝓtradictoria determinate falsa. q⁹ hoc tangit argumētum. Et circa hoc p̄mo recitabo Aristotil' opinionem.

¶ Secūdo declarabo veram rñsionem. Tertio mouebo triplicē dubitatōz ¶ Quantū ad p̄mum sciendū est q̄ fm aliquos magnos doctores. s. Guillermū. Ockā. ꝛ Gregoriū. opinio Aristotel' ī p̄mo p̄iarmenias vbi tractat de enūciationib⁹ ꝓtradictoꝝ fuit q̄ licz cuiuslibet ꝓtradictionis de p̄nti vel de p̄terito vna pars sit determīate vera ꝛ alia determinate falsa. tamē nō est sic de quibuscūq; p̄positionib⁹ singularib⁹ ꝓtradictoꝝ. scz de illis de futuro ꝓtingēti ad vtrumlibet. Unde quantū ad hoc ipe intēdit duas ꝓclusiones

¶ Prima est q̄ nō oīnis p̄positio singularis de futuro cathegorica d̄ inesse ꝛ de simplici subiecto ꝛ p̄dicato ꝛ copula est vera vel falsa. ita q̄ nō cuiuslibet ꝓtradictōis de futuro hec pars determinate vel illa est ꝑa ꝛ similit̄ nec ista determīate vel illa est falsa ¶ Secūda est q̄ licet neutra taliū determinate ē vera. tamē p̄po singularis negatiua de p̄dicato copulato ex p̄dicatis illaꝝ ambaꝝ nō est ꝑa Uerbi gr̄a. q̄uis nec ista sit vera antichrist⁹ erit. nec ista antixp̄s nō erit. ista tamē non est vera antixp̄s nec erit nec nō erit. Unde fm Ockam ī logica tractatu de ypothetic⁹; Aristoteles ꝓcessisset aliquā disiunctiuā esse veram ꝛ necessariā cui⁹ tm̄ nullā ptē cōcessisset esse veram. Exemplū de ista. antixp̄us erit vl' antixp̄s nō erit. Et q̄ ista fuerit intētio Aristotel'. declarat Ockam circa libz p̄iarm̄. et post eū Gregor⁹ ī lectura sua sniaz. ¶ Aliq; aūt volētes Aristotelē excusare dicūt q⁹ nō est verisimile ip̄m sic errasse cū hoc sit manifestū incōueniēs. sz voluit dicere nō q⁹ talis p̄positio nō sit ꝑa aut falsa. sed q⁹ nō est determinate ꝑa aut determīate falsa. intelligēdo p̄positiōem determinate veram vel determinate falsam necessario veram vl' necessario falsam ꝛc. ¶ Sz Gregor⁹ mirat quō aliq̄s intelligēs putet Aristotelē illud nō sensisse cū hoc manifestū appareat ī textu suo. nec sit textus aliq̄s p quē constare possit de oppositō Nec vt dicit mirandū est ip̄m sic errasse. tuz quia etiā accidit ip̄m ī pluribz alijs turpissime errasse. ꝛ in aliquib⁹ sibīpsi cōtradixisse. tū quia etiā Tull⁹ magn⁹ ille p̄hus in hac materia sic errauit. vt negaret a deo omnē p̄scientiā futuroꝝ. vt patebit ¶ Uñ ip̄e habuit in hoc idē ꝓcedere q̄ Aristoteles cōcessit tm̄ etiā q̄dā doctor catholic⁹ p̄dictā ꝓclusiōz p̄hi asserit esse veram ꝛ oñdit incōueniētia seq̄ ad ei⁹ oppositā ¶ Ad cui⁹ declaratōz probat duas ꝓclusiones ¶ Prima est q⁹ si talis p̄po est vera illa īmutabiliter ꝛ ineuitabilit̄ ē ꝑa. ¶ Secūda est q⁹ ex illa ineuitabilit̄ ꝛ necessario sequit̄ q⁹ tale futurū ponet̄ in esse. ꝛ p̄ p̄ns ex his sequit̄ q⁹ nihil ꝓtingēter eueniet. ꝛ ista deducit Gregor⁹. sz transeo. ꝛc. B

¶ Nūc venio ad declarandū q̄d circa hāc

articulum rñdendū sit ſm veritatē. Uñ hic ꝓmo notādum est. q ꝓtinges ad vtrumlibet nō dicit illud quod erit z nō erit. nec illō qō nec erit nec nō erit. sed ōz illud qō erit et potest nō fore. vel qō nō erit z potest fore ita q descriptio sine quid nois ꝓtingentis ad vtrūlibet sit possibile nō necessariū. vel potēs ēe z potēs nō esse. z sic ꝓtingens ad vtrumlibet est inferius ad possibile. vt patet zc. ¶ Secūdo notādum q aliquid esse futurū cōtingens potest dupliciter itelligi. Primo mō q illud erit z potest nō fore. z sic nihil est futurum ꝓtingēs nisi qō erit. Alio modo qz illō erit z potest nō fore vel nō erit z potest fore. z sic aliquid est futuꝝ ꝓtingēs quod nō erit nec est futuꝝ. zc. ¶ Tertio notādum q aliquid cē determinate veꝝ potest dupliciter itelligi. Uno modo q sit idem qō necessario veꝝ. z sic claꝝ est q vel nulla sūt ꝓtingentia vel questio est clara. Alio modo sumitur vt sit idem qō esse veꝝ z nō falsum. ita q ly determinate nō sit ibi determinatō aliquo modo restringēs. sed bñ sequitur. hec ꝓpositio ē vera. ergo determinate vera. Et sic sumit in proposito ¶ His ꝓmissis pono aliquas propositiones quas voco suppositiones. quia magis debēt supponi q̄z possint ꝓbari ¶ Prima est. q quelibet ꝓpositio singularis de futuro ē determinate vera vel falsa. ita q cuiuslibet talis ꝓtradictionis ꝓtingit vere dici hec ps est vera z illa est falsa. q̄uis nos nesciamus determinare que illaꝝ sit ꝝa z que falsa. Patz. qa disiunctū vera vel falsa. est ꝓpria passio propositiōis. igit predicatur de qualibet propositione. quare zc. ¶ Secūdo patet. qz bene sequit. hec nō est vera antixps erit. igitur antichristꝰ nō erit. z añs est veꝝ p aduersariū. igitur ꝓñs est veꝝ. Cōsequētia tenet. qz et oppositū sequit oppositum. Et vltra sequit. igit hec est falsa antixps erit. p legē ꝓtradictoriarum. zc. Tertio q alit sequit q esset aliqua ꝓpositio disiunctiua ꝝa cuiꝰ nulla ps essz ꝝa qō videtur manifestū impossibile. z p consequēs aliqua copulatiua falsa cuiꝰ nulla pars esset falsa. qō etiā absurdū est. quia nō videt rō quare talis magis ēet vera q̄z falsa. zc.

¶ Secūda propositio est q si aliqua ꝓpositio enūciat aliquod possibile qō erit: fore. ipa est determinate vera. z si enūciat ipsum nō fore. ipa est determinate falsa. Et ita pōt dici de possibili nō futuro. Patz. quia sicut ab eo q res est vel nō est ōz ōro de pñti vera vel falsa. sic ab eo q res erit vel nō erit dicit oratio de futuro vera vel falsa ¶ Tertia est q nulla propositio singularis de ineſſe affirmatiua vel negatiua de futuro contingenti ad vtrūlibet est necessario aut ineuitabiliter vera. patet. quia cuiuslibet talis ꝓtradictoria est possibilis. ergo nulla talis est necessaria. añs patet p qd nomis ¶ Quarta est q nulla propositio vniuersal vel particularis de ineſſe affirmatiua z de futuro contingēti ad vtrumlibet est necessaria. Patet qz ista est absolute possibilis. nullū futuꝝ ꝓtingēs erit. ergo nulla talis ꝓpositio enuncians aliquod futuꝝ fore est necessaria. ꝓña est clara z añs patet. quia solꝰ deus est necessariꝰ. zc.

¶ Ex hoc sequit ꝓmo q iste propositiones nō sunt necessarie oīe futuꝝ ꝓtingēs est futuꝝ aliqō futuꝝ ꝓtingēs est futuꝝ. Et hoc patet ex illa propositiōe dūmodo ibi capiat futuꝝ pro aliqua entitate ꝓtingēte futura. sed ſm ponētes cōplexe significabilia vtraq̄z earuꝫ est necessaria si subiecta stēt p enūciatibus completis enūciationū de futuro tam affirmatiuaꝝ. q̄z negatiuaꝝ. ¶ Secūdo sequit. q iste ꝓpōes sūt absolute possibiles nihil qō erit ꝓtingēter erit ꝓtingēt. aliqō qō erit nō erit. capiendo subiecta taliū p aliq̄ entitate q̄ cōtingenter erit. Patz. qz sic talia subiecta possunt p nullo supponere. vt patet ex dictis. q̄re. zc. Similit ꝓtradictorie taliū nō sūt necessarie. zc. ¶ Tertio sequit q aliqua ꝓpositio pticularis vel indiffinita est ꝝa. cuiꝰ quelibet singularis est falsa. Patet de ista. alterꝝ ꝓtradictoriorꝝ ꝓtingentiū esse veꝝ ē necessariū. Hā ipa est ꝝa. zc. ¶ Quarto sequitur q aliqua ꝓpō vniuersal est impossibil cuius quelibet singularis est possibilis. Patet de ista vniuersali qōlibet istoꝝ est veꝝ demonstratis duobꝰ ꝓtradictoriꝫ cōtingentibus. Et similiter aliqua est necessaria. cuiꝰ quelibet singularis est cōtingēs. Patet ō ista. omne veꝝ ꝓtingēs est veꝝ. Itē sil rdicit Ockaz in logica sua q aliqua vniuersalis est ꝝa cuius quelibet singularꝫ est falsa. sicut hec. omne veꝝ cōtingēs esse veꝝ ē necessarium. zc. Sed hoc exemplū potest calūniari qz illa nō est vniuersalis sed indiffinita vt patz. zc. posset tamē dari i ꝓpositiōib in alia materia habentib reflectiōem sup se. sed de hoc trāseo quia nō facit ad propositū. zc. ¶

¶ Quinta propositio est q quelibet talis singularis potest nunq̄z fuisse ꝝa. Patet. quia

qđcūqꝫ p aliquā hmōi ꝓpōem enūciaꝝ esse futuꝝ potest nō eē futuꝝ. ꝛ sil'r quidqđ per aliquā talē enūciaꝝ nō esse futuꝝ potest esse futuꝝ. ergo qlibet talis potest nūqꝫ fuisse vera Añs patet. qz enūciatū ponit esse futuꝝ contingēs ad vtrūlibet. ꝛ ꝓña patet. qz de qlibet bñ sequit. hoc nō est futuꝝ. ḡ hec nō fuit ꝥa. hoc est futuꝝ. ꝛ añs est possibile. Jgit ꝛc.

Sexta ꝓpō est Q̄ quelibet tal' singularis de futuro enūciās aliquid p aliq̄ tpe futuro potest esse successiue ꝥa ꝛ falsa. sic tñ q affirmatiua potest eē falsa postqꝫ fuit ꝥa. nō autē ecōtra. negatiua ꝥo ecōtra potest eē ꝥa postqꝫ fuit falsa. sed nō ecōtra. Verbi gr̄a ista antichr̄ist⁹ erit in. c. instāti futuro. si antichr̄ist⁹ erit in. c. est vera sed postqꝫ illud instans erit erit falsa. quia illud postea non erit. Et si sit falsa nō potest esse vera. qz nō potest eē ꝥa nisi añ. c. ꝛ si ipa ī aliquo instāti añ. c. eēt ꝥa. seq̄tur q sp q̄ncunqꝫ ꝓus fuit. fuit vera vt patz ex secūda ꝛc. Et sic patet ꝓpositū de ꝓpositōe affirmatiua. Secūda ꝑs añt sez de negatiua sequit ex ꝓma. vt patet intuēti. Septima est q nulla tal' ꝓpositio affirmatiua vl' negatiua pōt successiue eē vera ꝛ falsa. nec ecō tra falsa ꝛ postea ꝥa añ illud instās p q̄ enunciat aliqđ fore vel nō fore. Patet. qz si tal' ponatur esse ꝥa añ illud instās sequit q nunqꝫ añ fuit falsa. ꝛ si ponaꝝ eē falsa sequit q nūqꝫ añ fuit ꝥa. q̄re ꝛc. Octaua ē. q si illa ꝓpositio dicaꝝ immutabiliť ꝥa q̄ nō pōt eē vera et falsa successiue ꝛ illa mutabiliť ꝥa. de q̄ ꝓtingit dicere hec est falsa postqꝫ ꝓus fuit ꝥa ꝛ in eodē sensu dicaꝝ aliqua īmutabiliť falsa tūc quelibet tal' affirmatiua ꝥa est simpl'r loquēdo mutabiliť ꝥa. ꝛ quelibet negatiua est mutabiliter falsa. Sz affirmatiua falsa est īmutabiliter falsa ꝛ negatiua ꝥa. ē etiā tūc īmutabiliter ꝥa. patet ex sexta ꝓpō. Nona est. q nulla talis est mutabiliť ꝥa vel falsa. sz q̄libet ꝥa īmutabiliť ꝥa. ꝛ quelibet falsa īmutabiliť falsa. licet nō simpl'r tñ fm q̄d ꝛ cū determinatōe. s. añ illud instās p q̄ enūciat. ita q añ illud instās nō est successiue ꝥa ꝛ falsa. patet ex ꝓpō septima. Decima ꝓpō est q q̄libet tal' affirmatiua ꝥa pōt incipe eē falsa. sz affirmatiua falsa nō pōt incipe eē vera ꝛ ecōtra est de negatiua. patet ex sexta ꝓpositōe. ꝛc.

In ꝓposito añt dico ꝓpem incipe eē verā ꝓpō qz est ꝥa ꝛ ꝓus nō fuit ꝥa. sed qz ꝓus fuit nō vera vl' si fuisset. fuisset nō ꝥa. aliter ꝓpositio necessaria de nouo formata inciperet eē vera qđ nō est dicere ꝛsuetū. Undecima ꝓpositio est. Q̄ nulla tal' pōt incipe eē vera vl' falsa añ illud instās vel tps futuꝝ p q̄ enunciatur aliqđ esse futuꝝ vel nō eē futuꝝ. patet ex septima ꝓpōe. qz nulla tal' potest añ illud īstans esse falsa postqꝫ fuit non falsa. vel eē ꝥa postqꝫ fuit nō ꝥa. Duodecima ꝓpō est Q̄ q̄libet talis añ illud instās vel tps futurū p q̄ enūciat postqꝫ fuit ꝥa pōt eē falsa ꝛ similiter ecōtra. Patet. qz ista antixp̄us erit ꝓus fuit vera ꝛ nūc potest eē falsa. etiā añ illud tps p quo enūciat. igit postqꝫ fuit ꝥa pōt eē falsa ꝛc nō tñ dico q possit eē falsa postqꝫ fuit ꝥa. ꝛc. nā multuz refert sic vel sic dicere ꝛ ꝓponere vel postponere ly postqꝫ ꝛc. D

Exꝑdictis sequunť aliqua. Primo seq̄tur aliqua ꝓpō est vera ꝛ potest eē falsa. ꝛ tamen nō pōt illa cessare seu desinere eē vera nec incipe eē falsa. ꝛ sil'r aliqua est falsa ꝛ pōt esse vera ꝛ tamē nō ꝑt cessare eē falsa nec incipere eē vera. Exemplū ꝑmi Antichr̄ist⁹ non saluabiť. Exemplū secūdi. Antixp̄s saluabitur. Prima est īmutabiliť vera. ꝛ secūda īmutabiliť falsa. vt patet ex sexta. ꝛ tamē vera pōt eē falsa ꝛ falsa pōt eē vera vt patet. quare ꝛc. Secūdo sequit q ista ꝓña nō valz. hec ꝓpositio nūc nō est vera ꝛ īmmediate p⁹ hoc pōt fore vera. ergo pōt incipe eē vera. sim̄liť pōt dici de desinere eē vera. ꝛc. patet. qz añs est vez demōstrata illa ꝓpōe antixp̄s saluabitur. ꝛ ꝓña ē falsum. ꝛc. Et si dicatur q in añ cedēte includiť vtraqꝫ exponēs ꝓsequētis. et p ꝓsequēs ꝓña est bona sicut ista. hec non ē vera nūc ꝛ īmmediate p⁹ hoc erit vera. Jgitur incipit vel incipiet eē vera. Dico q secunda ꝓña est bona. quia añs ꝛ ꝓñs sunt mere de inesse ꝛ añcedēs includit incōpossibilia. licet vtraqꝫ ꝑs sit possibiľ. Sed ꝓma cōsequētia nō valet. ꝛ ratio ē. qz licet in añcedēte includunť exponētes ꝓsequētis. qz tamen illud verbū pt vel mod⁹ possibile nō p̄cedit in añcedente nisi alterā illaꝝ exponētium. ꝛ in ꝓsequēte p̄cedit illū infinitiuū incipe. ꝛ p ꝓñs equalēter vtrāqꝫ exponētem ꝓsequētis ideo p añs nō denotať q copulatiua de inesse cōposita ex illis exponentibꝫ possit eē vera sed solū q vna illaꝝ. s. ista hec erit ꝥa. sz in cōsequēte denotať q tota copulatiua possit eē vera. quare. ꝛc. Sz bñ sequit. possibile ē q hec nūc nō est vera ꝛ īmediate p⁹ hoc erit ꝥa ergo pōt incipe esse vera. sic tñ q antecedēs sumatur ī sensu cōpositō ꝛ denotat copula/

nam esse possibilem. ꝛ tūc añs est falsum. ꝛc. ¶ Tertio sequit ꝙ alique sunt ꝓpões quarū vtraꝫ potest esse vera. ꝛ tamē nec simul nec successiue seu vna ꝑ aliam. Patet de duab⁹ ꝯtradictoꝝ ons ꝯtingētib⁹ sicut de duab⁹ ꝑdictis. ꝛc. ¶ Quarto sequit ꝙ alique sunt ꝓpositiões quaꝝ vtrāꝫ de⁹ vel ali⁹ potest scire ꝛ tamē nec simul nec successiue. patz de duabus ꝯtradictoꝝ ons ꝑdictis ¶ Quinto sequit ꝙ aliqua ꝓpō ab eterno fuit vera vl' fuissz vera si fuisset formata que potest esse ꝛ ab eterno fuisse falsa. ꝛ tamē si esset falsa nō aliter se haberet ꝫ ab eterno se habuisset. Patet ex ꝑdictis de ista. antixps erit. ꝛc. ¶ Sexto sequit ꝙ aliqua est ꝓpō que nūꝫ fuit ꝟa ꝛ tamen in potestate mea est ꝙ ipa semp fuerit vera ꝟel fuisset vera si fuisset formata. ꝛ similit econtra. Patet. sit a. aliqd de quo ī potestate mea sit facere ipm euenire. ꝛ tamē nō eueniet. tūc ista nūꝫ fuit vera. a. eueniet. ꝛ tamē in potestate mea est ꝙ a. eueniet ꝛ ꝑ ons sequēs hec fuerit vera. a eueniet. ꝛc ¶ Septimo sequit ꝙ aliqua est ꝓpō de ꝑterito vera que est ita contingēs sicut quecūq; de futuro patet de illa de ꝑterito vera cui⁹ veritas dependet ex futuro ꝯtingēti. sicut veritas ist⁹. antixpus fuit futur⁹ dependet ex veritate ist⁹. antixpus erit futurus. Et ista. hec ꝓpositio fuit vera demonstrata ista. antixps erit. licet em̄ sit de ꝑterito vera. tamē est ꝯtingēs. qz ei⁹ veritas dependet ex ista. antixps erit. vt patet. qz ex opposito sequitur oppositū ¶ Octauo sequit ꝙ illa cōmunis regula. oīs ꝓpositio de ꝑterito vera est necessaria. ꝛ oīs falsa est impossibil'. nō est vniuersaliter vera. Patet ex dictis. tm̄ cōmuniter dr. ꝙ ista regula est vniuersaliter vera nisi vbi veritas vel falsitas talis ꝓpōis dependet ex futuro ꝯtingēti. Sz hoc nō ē verum. vñ do alibi instantiam clarā. qz ista ꝓpositio de ꝑterito Adā fuit oīs homo. vl' aliqd qđ fuit oīs homo fuit a ial aliquādo fuit ꝟa. scz statim postꝫ fuit creat⁹ ꝛ añꝫ eua esset ꝛ tamē tūc nō erat necessaria qz modo ē falsa. Sil'r ista. oīe a ial qđ fuit post diluuiū fuit in archa noe aliq̄ fuit vera. s. statim p⁹ diluuium ꝛ añꝫ fieret alia a ialia ꝛc. ꝛ tamē tūc nō erat necessaria. quia modo ē falsa. Constat aūt ꝙ veritates taliū nō dependebant ex futuro ꝯtingēti. qz veritas vel falsitas alicuius ꝓpōis dr dependere ex futuro ꝯtingēti qñ ex illa euidēter sequit aliqua ꝓpō de fūto cōtingenti. sicut sequit. antixps fuit futurus. ꝫ antixps erit. Nō sic aūt est de illis vt satis patet intuēti. ꝫ re ꝓposituz. ꝛc. Jdeo dico ꝙ illa regula est vera de ꝓpō de ꝑterito que est simpliciter de re ꝑterita ꝛ nō de re futura. ꝛ in q̄ nec subiectū nec ꝑdicatū aut aliqs termin⁹ a ꝑte subiecti vel ꝑdicati posit⁹ est terminus distribut⁹ q̄ possit supponere ꝑ re futura ꝓ qua respectu copule talis ꝓpōis non supponebat antea. Per ꝑmā clausulam excludūtur ꝓpões quaꝝ veritas vel falsitas dependet ex futuro ꝯtingēti. ꝛc. Per secūdam excludūtur instātie ꝑdicte. vt patz intuēti. Et ꝑ nūc nō occurrit mihi ꝙ alibi possit dari instātia ḡn semp talis ꝓpositio si est vera sit necessaria. ꝛ si est falsa sit impossibilis. Et hoc tenēdo ꝙ ꝑteritū nō potest nō fuisse. ꝛ ꝙ nō ꝑteritum nō pōt fuisse sicut cōmuniter tenet. ꝛc. Sed de hoc magis postea videbit ¶ Ex his aūt satis patet respōsio ad istum ꝑmum articulū. ꝛc. ¶ Sed hic moneo tres dubitatões. Prima est qñ ꝯtingēs debet dici ꝯtingens. vel qñ est vel qñ nō est. Et circa hoc ꝑmittā aliquas suppositões. Secundo ponā aliquas ꝓpões ¶ Prima suppositio est. ꝙ sicut supra tactū est ꝛ ꝑm sniam phi. ꝑmo poz. hoc nomē ꝯtingēs idē valet ꝙ hec ozō possibile ñ necessariū ¶ Scōa ē ꝙ sic aliqd dr posse esse ꝛ posse nō esse sic dr ꝯtingēs ee ꝛ ꝯtingēs nō esse. ꝛ nō solū qñ hoc verbum ē ꝑdicat ꝑm adiacēs. sz etiā qñ ꝑdicat ttiū adiacens qualecūq; sit ꝑdicatū. ꝛc. ¶ Tertia ē ꝙ qñ dr ꝯtingēs est indeterminatū ad esse ꝛ nō esse nō debet intelligi de indeterminatõe de ineſſe. s. ꝙ ꝯtingēs nec sit nec non sit. quia hoc est impossibile ꝛcludēs ꝯtradictiõem. sz de indeterminatiõe de necessario negatiue. scz ꝙ nō est necesse esse nec necesse nō esse vl' de indeterminatõe de possibili affirmatiue. scz qz potest esse ꝛ pōt non esse. q̄ duo sensus ēqpollent ¶ Ex his patet q̄rta ꝙ tūc contingens est ꝯtingēs qñ potest esse ꝛ ꝑt nō esse. iō ad videndū vtrū qñ res est sit ꝯtingens esse vel qñ nō est videndū est vtꝫ qñ res est possit nō esse. vel qñ ipa nō est. ¶ Uñ h sciendū est ꝙ hoc pōt tripl'r intelligi. Uno modo ꝙ qñ res est tūc sit ī potētia. vt in futuro nō sit Alio modo ꝙ tūc sit ī potētia vt nō sit etiam tūc. Et hoc dupl'r. Uno modo sic ꝙ ꝓpositō enunciās ipm nō esse tūc potest esse vera in futuro. Alio mō sic ꝙ possit ee vera etiam ꝑ illo tūc ¶ Scōm hoc pono aliqs ꝓpositiões ¶ Prima est ꝙ ꝑmo modo aliqd qñ est pōt

non esse. Patet. qr tertū est q aliqd nūc ē qđ nō est impossibile nō esse. igit aliqd nunc est qđ potest non esse. añs patet. qr multa sunt corruptibilia. rē. Et hoc patet ꝓtra aliquos q licet ista sit vera aliquid simul potest esse et potest nō esse. tamē hec nō est ꝓcedēda. aliqd simul pōt esse et nō esse. ¶ Prima pars patz. qr aliqd quādo est pōt nō esse. g simul qñ est potest nō esse. et ꝓ ñs rē. ¶ Secūda ps patz qr si rē. signet illud tūc sic. hoc sit pōt esse et ñ esse. g hec est possibilis. hoc simul est et nō est ꝓña tenet. qr q̄libet cathegorica singularis ō possibili cui⁹ subiectū est nomē ꝓpriū vel ꝓnomē demōstratiuū ꝑcise si est ꝟa i sensu diuiso est vera in sensu cōposito ¶ Secūdo sequitur q copulatiua ex ptibꝫ de possibili nō requirit ad ei⁹ veritatē vnā copulatiuā de esse possibilē. sz sufficit q vtraqꝫ ps diuisim sit possibilis. patet i materia ista. Itē in hoc exēplo Sortes pōt portare hūc lapidem. et Sortes pōt portare illū lapidē. demōstratis duobꝫ lapidibꝫ quoꝝ vterqꝫ sit adequatꝰ virtuti sortis. rē. et tñ non sequit. g Sortes pōt portare hūc lapidē et illū. rē. ¶ Secūda ꝓpositio est q scđo mō siue i sensu secundo aliqd qñ est pōt nō ee. patet. qr p solā ꝑtitionē instantis i quo est. ipm post nō est i illo instāti. et sic siue illud corrumpat siue nō tñ ista erit ꝟa. illud nō est i hoc instāti: demōstrato illo in q̄ ꝑus fuit. Et sic ptz in hoc duplici sensu q dubitatio nō hz magnā difficultatē. Sz de tertio sensu ē difficultas de q̄ sunt opiniones ꝓtrarie F

¶ De hoc tamen sit tertia ꝓpositio. q tertio modo i sensu tertio. aliqd qñ est pōt non esse. sic q ꝓpō enūcians ipm nō esse. possit ee vera. p illo tūc. Istā pbat diffuse mgr Gregoriꝰ ex tribꝫ suppositoibꝫ ¶ Prima est q aliq̄ est cā libera et q causa libera in b differt a naturali q positz oībꝫ req̄sitis ad agendū potest agere et pōt nō agere. non sic cā naturalis. vt patet. ix. metha. ¶ Secūda ē q volūtas pōt volutionē suā elicere i instāti. et si q̄s nō cōcedat istā suppoēm dic q pōt formari rō de deo et aliq̄ creatura quā deꝰ pōt i instāti libere producere. Sz q̄cqd sit de istis suppositoibꝫ qa forte ꝓma nō est oīno ꝟa. et scđa ē dubia. tamē ꝓclusio sua ē tenēda. Et est ꝓbabilior videre meo q̄z sua opposita ꝓcessa futuroꝝ ptingētia. Et hāc hñt tenere q̄cūqz tenēt deū potuisse ꝓducere creaturā aliquā ab eterno et quicūqz tenēt q angelꝰ potuit mereri in ꝓmo instanti sui esse. Sz circa ꝓcessum istū nolo hic insistere. qr de hac materia magis erit videndum qñ tractabit ō libertate. p nūc añ suppono q volūtas p illo instāti q̄ hz actū liberū pōt illū nō hre. Jta q p illo tūc q̄ hz actū hec pt esse ꝟa p eodē tūc. ipa nō habet actuz q̄uis nō sit possibile q vtraqꝫ ꝓiūctim et sit sit ꝟa. et sic libertas et ptingētia nō solū est ad futura sz etiā ad ptia. rē. ¶ Quarta ꝓpō ad maiorē declaratiō ꝓdictoꝝ sit b. q aliqd ee i aliq̄ instāti et posse nō ee i illo instāti. sic q ꝓpositio enūciās illud nō esse possit esse ꝟa i illo instāti pōt tripl'r intelligi Uno mō q hoc sit possibile i sensu cōposito. et b implicat cōtradictiō. rē. Alio mō q b sit possibile i sensu diuiso. et b dupl'r. Uno mō q illa res q̄ est in aliquo instāti dato. possit nō ee in illo instāti. i. tā posita i esse desinere esse. et ō ee transire i nō esse i illo instāti. et q ꝓpō enūciās ipsam esse desinat ee ꝟa et de ꝟa fiat falsa. Et b est impossibile. qr tal' successio siue trāsmutatiō nō est possibil' in instāti. Tertio mō q absolute et simpl'r sit possibile illā rē nō tūc esse et nō poni. s. p suā cām i esse et ꝓpōem enūciātez ipaz nō esse. ee in illo instāti verā. Et iste sensus est verꝰ et fm ipm posita ē tertia ꝓpō. Et q b nihil incōueniēs includat oñdo breuit sic. qr ꝓcedēdo ptingētia futuroꝝ ꝓcedēdū ē q antixps erit i a. instāti et pōt nō fore p illo instāti. et q hec est ꝟa in b instāti. antixps erit et pōt nō esse vera in b instāti. g necessario est ꝟa in hoc instāti. g necessariū est i hoc instāti antixpm fore. Et ita argui pt de quolibet alio instanti. qre. Sz eq facilit pōt sustineri q sortes est i b. instāti et pōt nō esse i b. instāti et qr hec est ꝟa in b instāti sortes ē. et pōt non esse ꝟa i hoc instāti qr ñ apparet maior difficultas i hoc scđo q̄z in ꝓmo. et ois rō q̄ possz fieri ꝫ scđm possz retorqri ꝫ ꝓmū. vt ptz subtilit intuēti. Jgit cū ꝓmū sit fm fidē tenēdū. et nō sit aliq̄ auctoritas fidei ꝫ scđm. sequit ꝓpositū. rē. Et eodē mō sicut dictū ē q aliqd qñ est pōt nō esse. pōt dici q aliqd qñ nō est potest esse. rē. B

¶ Secūda dubitatio ē circa ꝓdicta q̄lit debeat intelligi illa cōmunis ꝓpō phi. omne qđ est qñ est necesse ē esse. hec em videt exprimere suprādictꝫ ꝓtradicere et obuiare. rē. ¶ Ad b rñdet valde bñ Gregꝫ. distinguēdo q ista dictio qñ. pōt ibi stare aduerbialit vt ꝓiūctionalit ita q equaleat huic ꝓiūctioni si. Nam vt dicit Boeciꝰ li. j. de ypothetic syllogismis

ista pōt fieri ꝺditionalē q̄ ℔ aduerbiū cū sicut p hanc ꝓiūctionē si. Uñ ista est ꝺditionalis cū homo est aīal est. sicut hec si hō est animal ē ⁊ idem iudiciū pōt eē de qñ ⁊c. Si ḡ ly quā/do stat ibi aduerbialit. vel illa ꝓpō sumetur i sensu cōposito ⁊ sic est ꝓa. q̄ denotat q̄ ℔ sit necessaria. oīe qꝺ est qñ est necesse est esse. ⁊ hoc est ver licet nō habeat aliquā singularē necessariā ꝑter hāc hoc qꝺ ē qñ ē demōstrando deū. Hā quocūq; alio demōstrato singularis ē ꝓtingēs. vt patz ⁊c. Uel illa sumetur in sensu diuiso. ⁊ hoc duplicit. Uel ipa ē tē/poralis. ⁊ tūc equalet huic copulatiue. oīe qꝺ est aliquādo ē. ⁊ oīe tale tūc ē necesse eē. ⁊ ipa est falsa sicut scda ps. q̄ nihil ꝑter deū aliqñ est necesse eē. Uel pt eē de tpali extre/mo. ⁊ hoc duplicit vel de tpali subiecto ⁊ sic totū hoc. oīe qꝺ est qñ ē: erit subiectū. ⁊ reli quū erit ꝑdicatū. qꝺ denotabit verificari ꝺ illo subiecto cū mō necessitatis. Et tūc ē falsa Qꝺ patz arguēdo sic. oīe qꝺ ē quādo ē ⁊c. Sortes ē quādo ē. ergo sortes necesse ē esse ⁊c. Uel pōt eē de tempali ꝑdicato ⁊ tūc tātū ly qꝺ est erit subiectū. ⁊ reliquū predicatum Et sic adhuc est falsa. q̄uis aliq; dicāt oppo situm. Patet arguēdo sic. oīe qꝺ ē necesse ē de necessitate ē quādo ē. sortes ē ergo sortes de necessitate ē quādo ē. Et idem ē iudiciuz si dicatur. oīe qꝺ ē de necessitate ē quādo ē pclusio aūt ē falsa cū sit singularis i sensu di uiso que ē falsa in sensu cōposito. vt patet ⁊c. Ideo patz q̄ si illa ꝓpō sumat in sensu diui/so sicut de ꝟtute ꝓmonis debet sumi ⁊ ly q̄ñ stet aduerbialiter sicut cōmuniter solet acci pi. tunc ipa ē simpliciter falsa. Si ꝟo ly q̄ñ stet cōditionaliter vel pōt eē cōditionalis vl̄ de cōditionali extremo. Si primo mō vl̄ ly necesse pōt denotare ꝑnam eē necessariam. ⁊ tūc ē vera. quia ista ē necessaria. oīe quod est si est ipm ē. Uel pōt denotare necessitatē ꝓsequētis. ⁊ ē sensus q̄ si aliquid ē quodcun q; illud sit ipm de necessitate ē. ⁊ sic est falsa. Si vero sit de ꝺditionali subiecto etiaz fal sa est. quia denotat q̄ de quocūq; dicit hoc subiectū ens quod ē si ē dicit hoc verbuz est modo necessitatis. ⁊ sic ē falsa. vt patz ⁊c. Si autē sit de cōditionali ꝑdicato tunc est vera quia denotatur q̄ de quocūq; dicit hoc sub iectū ens qꝺ est dicatur ℔ ꝑdicatū ē si ē cum modo necessitatis. ⁊ hoc ē ver. qꝛ quocunq; qꝺ ē demōstrato verum ē dicere. hoc ꝺ neces sitate ē si est. Ex qua nō sequit. ergo hoc ꝺ ne cessitate ē. sed ē falsa ſm quid ad simpliciter. Et istū sensum voluit phus vel primum. ⁊c

¶ Ex hoc patet. Q̄ q̄uis aliqua res cōtin/gens que ē in aliquo instāti de necessitate sit in illo instāti si ē in illo instanti. nō tamen de necessitate ē in illo instāti sed cōtingent. Et hoc ē verum vt illa est propositio de condi/tionali ꝑdicato ⁊ nō cōditionalis. quare. ⁊c.

℔ ¶ Tertia dubitatio ē. Utrꝫ sic ē futurus ꝓtinges pōt nō fore ⁊ aliqꝺ quod ē quando est pōt nō eē. sic ꝑteritum possit nō fuisse. ita q̄ sicut cōcessa ē ꝓtingentia respectu futuro rum ⁊ respectu pntiuz etiā ꝓcedēda sit respe ctu ꝑteritoꝝ. Et hec ē difficil dubitatō. Uñ circa hoc sunt diuersi modi dicēdi. Hā qdā antiq; doctores ꝓcesserūt q̄ ꝑteritū per diui nam potētiā ꝑt nō fuisse sicut Bilbert⁹ positan⁹ vt patet i cōmēto suo sup li. ꝺ trini. Boecij. ⁊ sil'r Guillerm⁹ altiss. in sūma sua. li. pri mo. tractatu de potētia dei. arti. vj. Aliq; etiam moderni doctores idē tenēt. ⁊ dicunt q̄ sicut aliqñ fuit verꝫ adā nō fuisse. ⁊ ꝓsequns tūc nō includebat ꝓtradictoz. aliquam ⁊c. g nec sil'r nūc includit ꝺictōem nec ad ℔ seq̄t ꝑmū ꝓncipiū nō eē verꝫ pl⁹ q̄ ad antitm̄ ñ fore. q̄re ⁊c. Aliq; aūt ad vtrāq; ptē adducūt rōes ⁊ nullā audēt asserere sz vtramq; relin quūt tāq; disputabilē. sicut mgr Grego. ⁊c. Aliq; aūt sicut ockā ⁊ plures alī tenēt ptem negatiuā. ⁊ ista cōiter tenet. ¶ Sz circa istā materiā sine temeraria assertiōe ponā aliq̄s ꝓpōes ¶ Prima ē hec. q̄ ꝓcessa ꝓtingētia re/spectu futuroꝝ ⁊ circūscriptis autoritatibꝰ si q̄ sint scripture vl̄ doctoꝝ. nō pt ꝓuinci p rō nes i lumīe naturali q̄n etiā ꝓcedēda sit hu iusmodi ꝓtingētia respectu ꝑteritoꝝ. Proba tur ꝓmo. q̄ nulla rō q̄ tū nō fundet i auctori tate fit p ipugnāda pte ista q̄n eq̄ apparēs fi ret p impugnāda futuroꝝ ꝓtingētia. igit. ⁊c. ꝓna est clara. ⁊ añs pz. q̄ si sit aliq; det illa et ostendet faciliter propositū ⁊c. sicut etiā pa tebit. ¶ Cōfirmatur quia ꝓcedēdo futuro/rum ꝓtingentiā ꝓcedendū est q̄ illud qꝺ fu/it verꝫ potest nūq; fuisse verꝫ. vt patet ex dictis ⁊ ita faciliter sustineretur q̄ illud quod fuit potest nō fuisse. q̄ nō apparet rō diuersitatis. Similiter oportet cōcedere q̄ hec est possi/bil. quod erit contingenter non erit contin genter. vt patet ⁊c. sed ita faciliter sustinere/tur q̄ hec est possibilis. quod fuit contin/genter non fuit contingenter. ⁊c. Similiter oportet ꝓcedere ad saluādā ꝓtingētiā futuroꝝ

q̄ deus aliquid ab eterno sciuit ⁊ voluit q̄ potest nunq̄ sciuisse aut voluisse. vt post patebit. imo aliqui ꝓcedunt q̄ aliqua noticia vel volitio creata sc̄z aīe x̄pi fuit noticia vel volitio respectu alicui⁹ obiecti. ⁊ potest eē q̄ nunq̄ fuit volitio respectu illi⁹ obiecti. et ħ ad saluandū noticiā aīe x̄pi esse infallibilem ⁊ eius volitionē infrustrabilē. sed de ħ alias Cōstat aūt q̄ ita faciliter sustinere⁊ hoc esse possibile de alīs rebꝰ ptingēter factis aut p̄teritis vt patz. quare. ⁊c. ¶ Secūdo ad idē sic. quia si de⁹ nō posset velle modo mūdum nō fuisse. igit esset mutata eius potētia Et si deus respectu hui⁹ q̄ō est velle mūdum non fuisse. habuit aliq̄n libertatē ꝓtradictionis. ⁊ nūc nō habet. eius libertas videt esse mutata. quia habuit ꝑus potētiam ⁊ libertatez ad hoc ⁊ nūc nō haberet. quare. ⁊c. ¶ Cōfirmatur. q̄ mundū nō fuisse aliq̄n fuit obiectum diuīe volūtat̄. sed nec ex pte volūtatis diuine cum sit omnipotēs. nec ex pte obiecti cū sit eodē modo se hn̄s nūc ⁊ ꝑus nō est defect⁹. q̄re nūc nō posz eē obiectū diuīe volūtat̄ sic ꝑus. q̄re ⁊c. Silis mod⁹ arguendi valet i oī materia. sicut si visus potuit aliq̄n videre a. ⁊ nūc nō p̄t vl̄ est defect⁹ ex pte potētie vl̄ obiecti ¶ Tertio sic si respectu h⁹ q̄ō ē mūdū nō fuisse volūtas ꝺi aliq̄n fuit libera ⁊ nūc ñ est. q̄ro q̄ sit cā h⁹ necessitat̄. s. q̄re volūtas diuina necessitat ad volēdū mūdū fuisse nec p̄t velle mūdū nō fuisse. ⁊ ꝓstat q̄ ñ p̄t assignari cā nisi obiecti exīstētia. g̃ res extra vel p̄teritio rei necessitaret volūtatē dei. q̄ō est absurdū. q̄ aduēt⁹ rei ñ necessitat volūtatē nostrā. g̃ nec p ꝓns volūtatē diuinā Añs apparet. q̄ possum⁹ de re q̄ fuit velle ipam ñ fuisse. sic̄ patz de penitēte. Igitur ⁊c. Cōfirmat. q̄ futuritio rei ñ necessitat volūtatē ꝺi ad volēdū rē esse futurā. g̃ nec p̄teritio ⁊c. ad volendū rem eē p̄teritā. añs pz. ⁊ ꝓña tenet. q̄ nō videt rō diuersitat̄. ⁊c. ¶ Quarto ad ħ possent adduci auctoritates vna est Aug. xxvj. ꝺ Faustū. tā nō p̄t futura nō fieri. q̄z ñ fuisse facta p̄terita. sz ꝓmū nō est absolute impossibile. igit nec scꝺm. Alias rōes ⁊ auctoritates nō induco q̄ iste mihi videt sufficere ⁊c. ¶ Secūda ꝓpositio ē. q̄ nō est nob euidens nec naturalit̄ demōstrabile. q̄ p̄teritū p̄t nō fuisse. patz. ħ nō est nisi cū magna difficultate imaginabile ⁊ est remotū a naturali lumie. Uñ oēs phi ħ negauerūt sicut pz de Arist⁹. j. ꝓiarme. ⁊. vj. ethi. vbi ipe cōmendat illud dictū aghaton. ħ solo ꝑua⁊ deꝰ ingenita facere q̄ vtiq̄z facta sunt ¶ Tertia est q̄ nō est nob euidēs nec naturalit̄ demōstrabile q̄ aliq̄ futurū p̄t nō fore. ꝑatz. q̄ in naturali lumie ita facilit̄ vel nō magꝭ difficulē sustinere⁊ q̄ p̄teritū p̄t nō fuisse sic̄ q̄ futurū p̄t nō fore. vt pz ex dictꝭ. g̃ si ꝓmū nō est euidēs nec euidēt demōstrabile i naturali lume vt dictū ē. seq̄t q̄ nec scꝺm. sz solū tenēdū est fide. ⁊c ¶ Quarta ē Q ꝑhs sequēs purā rōz naturalē hꝫet ꝓcedere nullū futurū ptingēt⁹ euenire. pz ex p̄dictꝭ. q̄ ħ faciliꝰ sustinere⁊ q̄z oppositū. imo taliꝰ sustinēs oppositū hz ꝓñr dicere q̄ p̄teritū p̄t nō fuisse. q̄ō null⁹ sequēs rōem naturalē ꝺz ꝓcedere. q̄re. ⁊c. Uñ pz q̄ Arist⁹ nō ꝓñr locut⁹ ē ꝓcedēdo ptingētiam futurorū. ⁊ negādo ptingētiā p̄teritorū. q̄ ita faciliꝰ sustinet secūdū sicut ꝓmū. imo naturaliꝰ loquēdo scꝺm seq̄t ad ꝓmū. ⁊c J

¶ Sz ꝺ p̄dicta ꝓbat q̄ mūdꝰ p potētiā diuinā, nō p̄t nō fuisse. ꝓmo sic. pura ꝓuatio vl̄ puz nō ens nō p̄t eē obiectū potētie diuine nisi ꝓm q̄ ip̄m respicit aliq̄ ens vel seq̄t ad positōz vl̄ destructōz alic⁹ entꝭ. Nō pz sic. q̄ ponat⁹ exēpli gr̄a q̄ ꝺs adhuc nihil fecisset. tē deꝰ nō posset eē cā q̄ nihil foret. q̄ si p imaginatiōz deꝰ nō esset adhuc nihil foret. g̃ nihil fore nō est obiectū alic⁹ potētie vl̄ cause Sed mundū nō fuisse ē pura ꝓuatio q̄ nō seq̄t positionē aut ꝓuatōz alic⁹ entꝭ. q̄ q̄cq̄d crearet⁊ a deo vl̄ q̄cq̄d anihilaret⁊ a ꝺo. adhuc staret mūdū fuisse. g̃ mundū nō fuisse nō potest eē obiectū diuīe potētie. ⁊ sic de alīs p̄teritis ⁊c ¶ Secūdo sic si ⁊c. posset ꝓsimilit facere nihil fuisse nihil futurū esse ⁊ nihil eē p̄terse. ⁊ħ ñ posset facere p aliquā mutatōz. q̄ nulla eēt in isto casu. ⁊ sic sine oī mutatōe pñtia. p̄terita vel futura posset sic facere. sz ħ ꝓns est icōueniēs. q̄ sic posset deꝰ facere de pr̄e meo eē nō patrē meū. ⁊ de albo nigrū sine mutatōne. imo adhuc posset ꝓducere quālibet creaturā vel ab eterno ꝓduxisse sine mutatōe Tertio sic si ⁊c. seq̄t q̄ ꝺ⁹ necessario eēt cā siue factor ad extra. q̄ nō posset eē q̄n eēt cā habit⁹ l̄ sue ꝑuatōis ex q̄ posset cā eē nō entꝭ ⁊c. Quarto p̄ ista pte sūt auctoritatesꝭ Prima ē Diero. ad Eustoc. Audacter dicā cū oīa possit deꝰ suscitare nō p̄t virginē post ruinā. i. nō p̄t facere corruptam nō fuisse corruptā ¶ Secūda ē Augustini. xxvj. ꝺ Faustū. q̄s dicit si oīa potēs est deꝰ faciat vt q̄ facta sunt ñ fuerint. nō videt bo⁊ se dicere si omnipotēs est deus

faciat vt que vera sunt. ex eo q̄ ꝓa sunt. falsa sint. Et subdit q̄ sniam q̄ dicim⁹ aliq̄d fuisse si ꝓa est de⁹ cā falsam facere nō potest. qz ñ est ꝯrari⁹ veritati ¶ Tertia ē q̄ Anſ. de cōcoꝛ. c. iij. vbi ē exp̄ssa ei⁹ sntia. ꝛc. Et licet rōnes ꝛ auctoꝛitates possent mlt̄iplicari. tamē iste sufficiāt. qz his solutis pz solutio ad oēs alias. Patz etiā q̄ auctoꝛitates nō sunt ꝯtra dicta qz ꝓmo ꝯclusio excludit auctoꝛitates. Tres aūt rōes ꝓme possent oīno sil'r fieri ꝑ ptingentiā futuroꝝ. ꝛc. sz nihilomin⁹ dicam ad ista ¶ Ad ꝓmā dico ꝓmo q̄ mere ꝑteritū nō magꝭ est ens q̄ntꝝ ꝑm nō foꝛe. iō ꝓsil'is rō posset fieri de futuro sic fit de ꝑterito. q̄re ꝛc. ¶ Secūdo dico q̄ de ꝑtute ꝓmonis hec est falsa. de⁹ pōt facere rē q̄ fuit nō fuisse Et eodē mō ista. de⁹ potest facere rē q̄ erit nō foꝛe. qz ista est ip̄ossibilis ꝓpter implicatiōz de⁹ facit rem q̄ fuit nō fuisse. ꝛ sic ista de⁹ facit rē que erit nō foꝛe. ꝛ sic iste sunt false de⁹ pōt facere mūdū q̄ fuit non fuisse. de⁹ potest facere antiꝝpm q̄ erit nō foꝛe. Et ita posset dici de istis de⁹ pōt facere ꝑteritū nō fuisse. vel deus pōt facere futuꝝ nō foꝛe. ꝛc. ¶ Tertio dico. q̄ tales ꝓpōes i sensu diuiso ꝓbabilit̄ possūt ꝓcedi. rē q̄ fuit vel rē ꝑteritā de⁹ potest facere nō fuisse. rem q̄ erit vl' rē futurā de⁹ potest facere nō foꝛe. ꝛ ꝓsil'is rō videt̄ de ist̄. Et sim̄ilit̄ iste i sensu ꝓposito. de⁹ potest facere mūdum vel adā nō fuisse. de⁹ pt facere ātiꝝpum vel vltimū iudiciū nō foꝛe. Et ꝫ est vez tenēdo opioem Bꝛanō. q̄ tenet q̄ sicut de⁹ ꝑ suū velle est causa rei q̄ est vt sit. ita q̄ nolle ē causa q̄ illud qō nō est nō sit. Et sic de illo qō ñ fuit vl' nō erit vel nō pōt esse. sic em̄ ꝓcedit q̄ deus est cā negationū ꝓpositionū nō entiuz ꝛ impossibiliū. Sz sic loq̄ndo pz q̄ de⁹ ñ posset facere aliq̄d nō fuisse. ꝛ ꝫ positiue aliq̄d facīedo. sz negatiue nō ꝓducēdo ipm̄ ī ꝑterito ꝫ est qz pōt ipm̄ nō ꝓduxisse ¶ Quarto dico q̄ ꝓbabilit̄ potest ꝓcedi q̄ intelligēdo ꝑ obiectum diuīe potēcie illō cui⁹ de⁹ est aut eē pōt causa. puꝝ nō ens vel negatio nō est obiectū potētie diuīe. ꝛ ꝫ est vez tenēdo ꝯ brād. q̄ deus nō est cā nisi ꝑ velle bñplaciti q̄ vult aliquid esse vl' fieri. Et sic nō est vel esse ꝑt causa nisi illi⁹ qō est vl' esse pōt entitas positiua. Sz sic loquēdo patet q̄ de⁹ nō posset facere ꝑteritū seu rē aliquā nō fuisse. vel nō foꝛe. vl' nō esse. capiēdo facere ꝓprie ꝑ vt idē est q̄ causare effectiue ꝛc. Hec tñ ꝓpter hoc sequit̄ q̄n ꝑteritū possit nō fuisse sicut futurum etiaz potest nō foꝛe ꝛc. ¶ Ad secūdam rōem dico q̄ tenēdo viam bꝛanō. supꝛa tactā potest cōcedi cōsequēs. ſm quē modū videt̄ loq̄ Augustinus quādo dicit. q̄ res quas condidit priusq̄ fuerint. deus egit vt nō essent. Et sic nō sequitur si deus non esset nihil esset. ergo deus nō est causa vt nihil sit scilicz aliō a se. Quia etiā si deus nō fuisset res anteq̄ fuerint cōdite nō fuissent. ꝛ tamē ſm Augustinum deus fuit causa q̄ ꝑus nō fuerint. et ꝫ quia ipe potuit ꝑus ꝓducere ꝛ nō ꝓduxit. ꝛ sic hoc intelligit̄ per fuisse causam illo modo. ꝛc. ¶ Sed ad illud qō vlterius inferꝛtur. ꝯña illa ꝛc. Unde licet albū nō possz deus esse nigrū postq̄ fuit albū sine illi⁹ mutatione. posset tamē illud facere nigruz sine mutatione. quia possz facere illud nunq̄ fuisse album ꝛ semp fuisse nigrum. ꝛc. Et sic ꝺ aliꝭ exemplis suo modo. Et potest poni bonum exemplū ad ꝓpositū declarādum. qz possibile est antichꝛistū nunq̄ fuisse futurū ꝛ istud complexū antiꝝpus erit nunq̄ fuisse vez. ꝛ sic capiēdo large facere ſm viam prędictam de⁹ potest facere antiꝝpm nunq̄ fuisse futuꝝ. qui tamē fuit ꝛ est futurus. et pōt facere illud vez nunq̄ fuisse verum: qō tamen fuit vez ꝛ sine mutatōe ꝛ sine aliqua reali seu positiua factione. ꝛc. ¶ Ad tertiaz dico q̄ tenēdo opinionē bꝛāō. supdictā: potest concedi q̄ licet deus nō sit necessario causa vel factoꝛ alicui⁹ entis positiui. tamē ipse est necessario causa vel factoꝛ ad extra scz huius rei vel sue priuationis vel nō esse sui. q̄uis nulli⁹ partis sit necessario causa vel factoꝛ. ꝛc. ¶ Sed tenendo aliā viam patet quid dicendum. Que autē istarū sit tenēda post patebit. ¶ Ad quartam dico q̄ auctoꝛitates ñ sunt contra dicta. quia fuerūt excluse in ꝓpositione ꝓma. ꝛc. ¶ Sed adhuc possunt solui dicendo. q̄ intelligitur de potentia oꝛdinata ꝛ posset declarari sed trāseo ꝛc ¶ Si vero queratur cum ita faciliter sustineꝛ ꝓteritum posse nō fuisse sicut futurum posse non foꝛe. quare ergo facilius imaginamur secundū q̄ntꝝ ꝑm. secundū em̄ cōmunit̄ recipit̄ ꝛ cōcedit̄ ꝛ nō ꝑmum. ¶ Dico q̄ causa est. quia ꝑ experiētiam euidenter ꝛ clare cognoscim⁹ aliquod ꝑteritum fuisse ꝛ idē iudicium reputam⁹ de q̄libet ꝑterito q̄ ad posse nō fuisse. sed per experiētiam nō sic clare cognoscimus aliqō futuruz foꝛe. ideo facilius imaginamur illud posse non foꝛe: q̄m illud

posse nō fuisse. de quo experimur ipm fuisse z hoc maxime qñ nō aduertim⁹ difficultatē sustinēdi aliqđ futuꝝ ptingenter euenire seu posse nō fore. Uñ aduertēs difficultatē i sustinēdo talē ptingētiam futuroꝝ ita difficulter imaginat vnū sicut reliquū. vt patet ex p dictis. zc. ¶ Ex oīb⁹ p̄cedētib⁹ apparet resp̄sio ad formā p̄mi articuli. s. q⁹ deus est p̄sciētia veroꝝ ptingētium. quia aliqua sunt ꝑa ptingentia. z inter illa aliqua sunt de futuro siue de re futura. Igitur deus respectu taliū veroꝝ ptingētium est p̄sciētia. Añcedēs patet ex dictis. z ꝯsequētia tenet. q⁹ sicut de⁹ respectu oīm veroꝝ est sciētia. sic respectu verorum de futuro ipe ꝺr p̄scia vt patebit i secundo articulo. Et hec de p̄mo articulo.

¶ Sequitur secūdus articulus. R

¶ Quātum ad secūdum articulum in q̄ videndū est vtrū de⁹ sit scia oīm cognoscibiliū Primo videbit vtrū de⁹ sit scia oīm rez existētium. Secūdo videbit vtꝝ de⁹ sit p̄scientia oīm futuroꝝ ptingentiū. Tertio videbitur vtꝝ de⁹ sit scia oīm veroꝝ enūciabilium Trib⁹ p̄dictis apparebit solutio pluriū difficultatū circa materiā de scientia dei zc

¶ Quantū ad p̄mū punctū opinio Auerroys z ꝑm aliquos etiā Aristotel fuit Q deus nihil aliud a se itelligit. Uñ. ij. methaph̄. ponit tres ꝯclusiones circa intellectionem dei Quaꝝ p̄ma est Q de⁹ est suba intellectual'. z semp actu intelligēs. Secūda est q⁹ sua substātia est sua itellectio. Tertia est q⁹ de⁹ nihil aliud itelligit p̄ter seip̄m. Due aūt p̄me conclusiones sunt vere z p nūc supponēde. Sz tertia est falsa. z siue illa fuerit de intentione Aristotelis siue nō. tñ fuit opinio sui cōmentatoris q illā ꝓbat multipl'r. sed pure inutiliter z inefficaciter. zc. Jō pono ꝯtra hoc aliquas p̄ões ¶ Prima est q⁹ pbabile est in naturali rōe q⁹ deus cognoscit aliud a se. ꝓbatur. q⁹ sic pbabile est deū intelligere. igit etiam pbabile est ipm itelligere aliud a se. añs patz ex p̄ma ꝯclusiōe p̄hi. sz ꝯña tenet p eandem rōem p quā ꝓbat illa ꝯclusio a pho. q⁹ deus est ens oīm nobilissimū. ℔ esse intelligimus noīe dei. ℔ aūt nō esset si nō esset suba intellectualis z semp actu itelligēs. Eodē modo ꝓbat q⁹ ipe cognoscat alia a se. q⁹ sic magis pfecta iudicam⁹ cognoscibilia nō cognoscibilib⁹. sic etiā pfectiora ꝯcludim⁹ esse magis cognoscibilia min⁹ cognoscibilib⁹. sic ei ꝑtes p quas plura cognoscim⁹ iudicam⁹ esse digniores. Uñ dicit Aristo. in phe. metha. Sēsum visus p alias diligim⁹ q⁹ plures rerum differētias nob oñdit. Igit cū deus sit oīm nobilissimū. z ei⁹ nobilitatē ñ possumus nisi ex his q nobis z i nobis nota sūt inferre sequit q⁹ naturalit debem⁹ ꝯcludere ipsum plures rez differētias cognoscere z per ꝯñs alia a se. Multas alias fac Brego. ad hoc p bandū. sz ista mihi sufficit z debet sufficere

¶ Secūda ꝓpō est q⁹ nō est euidēs i naturali lumie nec demōstrabile naturali rōe q⁹ ds cognoscit alia a se. patz. q⁹ sic dictū fuit in. q. de vnitate dei. nō est sic eñ de⁹ nec euident demōstrabile deū ee. igit. zc. imo dico vltra q ista ꝯditional' nō est euident euidēs vl' euidenter demōstrabilis. Si de⁹ esset deus cognoscit aliud a se. patet. q⁹ licet i deo sit pfectionis cognoscere se. nō tñ cognoscere aliō a se. Hec oportet q⁹ ꝑter sue pfectōis excellētiam ponat cognoscere aliud a se. q⁹ cognoscēdo se cognoscit obiectū nobilissimū z eq̄ualens obiect⁹ omib⁹ z cognoscit se pfectissime. z ℔ sufficit vt ei⁹ cognitio sit pfectissima z ipe cognoscēs pfectissimū. dicēti eñ sic ñ potest oppositū euident ꝓbari. zc. Uñ rōes D. Brego. q⁹ facit i ꝓposito nō sūt demōstratiue sicut posset oñdi facilit etiā ex p̄dictis in. q. ꝓallegata. sz trāseo q⁹ ℔ magis est phīcū q̄ theologicū. zc. ¶ Tertia ꝓpō est Q de⁹ in sua essentia penit⁹ indistincta nō ꝯfuse sz distincte repñtat oīa existētia oēs ptes p̄ minui z infinitos nūeros. ic̄ p̄cedit Aug⁹. xi. de ciui. dei. c. xxiij. deū itelligere nūeros infinitos. Et istō siue sit euidēs siue ꝓbabile naturalit siue ñ. tñ firmit ē credēdū ¶ Quarta ꝓpositio ē q⁹ de⁹ siue diuīa essentia ītuitiue cognoscit ñ solū existētia sz etiā oīa possibilia. ꝓbat. q⁹ cū de⁹ cognoscat oīa cognoscibilia vt p̄z ex dict⁹. q⁹ ñ esset rō q̄re aliq̄ z aliq̄ nō l' g abstractiue vl' intuitiue. sz q⁹ nō abstractie patz q⁹ quodlibet cognoscit immediate z ñ p aliquod mediū cognitū mediās int cognitionem z rem cognitā. q̄m nullū tale mediū est possibile. q⁹ nō creatura vt ꝯstat. nec diuinitas ipa cum ex natura rei ipa nullo modo sit distincta a dei noticia. zc. L

¶ Si vero dicat ꝯtra i tertia ꝓpositōe ꝯcessum est q⁹ de⁹ in sua essentia cognoscit. zc. et est cōmune dictū quia i diuīa essentia velut in speculo relucēt z repsentātur omnia z per ꝯsequēs de⁹ nō imediate intuet creaturas. sz mediāte sua essentia z p ñs abstractie zc.

Questio Undecima

¶ Respõdeo q̃ nõ est intelligẽdum q̃ deus cognoscat res ĩ sua essentia nisi ad istum sensum q̃ ei⁹ essentia est oium rez noticia. Q̃ aũt additur de speculo ⁊ relucẽtia. ⁊c. Si intelligatur q̃ essentia diuina repñtet intellectui diuio sic q̃ eius ĩtellectio immediate feratur ĩ essentiã diuinã ⁊ mediate illa in obiecto repñtata illud dictũ cõmune falsum est. Nã intellect⁹ diuin⁹ intellectio ⁊ essentia diuina sunt penitus indistincta ⁊ oĩbꝫ modis idẽ. q̃bus essentia sibꝫ ipsi. Et sic ꝓprie loquẽdo nec essentia repñtat intellectui. nec ĩtellectus aut intellectio repñtat essentie. sed tam essentia q̃z ĩtellect⁹ est immediate noticia sui ⁊ alioꝝ. ideo illud dictũ debet ĩtelligi vl̃ ad sensum iã dictũ. vel referẽdo ipsum ad intellectũ creatũ. ita q̃ essentia diuina dicaĩ speculuz repsentatiuũ creaturaꝝ ipi intellectui creato. ⁊c. Et licz difficile sit ista imaginari ñ firmit̃ debet credi ⁊c. ¶ Ex ꝑdictis sequũtur aliqua. ¶ Primo sequit̃ q̃ licet sciamus omnẽ denominatõem pfectõnis simpliciter deo ꝓuenire. tamẽ aliquã denominatõem pfectõis simpliciter nescimus deo cõuenire. ¶ Prima ps patet q̃ scimus istã omĩs pfectio simplicit̃ deo ꝓuenit. Et hoc ex suppositione si de⁹ sit. q̃ p deũ intelligim⁹ ens simpliciter pfectissimũ ¶ Secũda ps patet. q̃ cognoscere distincte ⁊ intuitiue omĩa est denominatio pfectõnis simpliciter. vt patet ex dictis. ⁊ ñ nescim⁹ euidẽter ipam deo ꝓuenire. ⁊c. ¶ Secũdo sequit̃ q̃ diuino ĩtellectui nihil est vel esse potest ratio cognoscẽdi. patet ex immediate dictis ¶ Tertio sequit̃ Q̃ diuin⁹ intellectus nõ p ꝓpꝫ intelligit suã essentiam q̃z creaturã. ⁊c. ¶ Quarto sequitur q̃ diuin⁹ intellect⁹ nõ pfectius cognoscit suam essentiã q̃z creaturã. ista patent. ⁊c.

¶ Quantũ ad secũdum punctũ in q̃ videndũ est vtrũ deus sit ꝑsciẽtia oĩm futuroꝝ cõtingẽtium Sciendũ est q̃ futuroꝝ ꝓtingentiũ quedã sunt ĩcomplexe significabilia. ⁊ talia sunt entitates possibiles. que aliquãdo erũt ĩ actu siue actualiter existẽtes. q̃dam vero sũt complexe significabilia ſm aliquos sed magis ꝓprie loquẽdo dicunt̃ complexe significãtia Primo modo dicim⁹ q̃ antichristus est futur⁹. Sed secũdo modo dicimus q̃ futuꝝ est q̃ xps iudicabit mũdum id est. est futuꝝ. q̃ talis ꝓpositio sit vera. xps iudicat mũdũ. ꝓma futura vocabo sp infer⁹ res futuras. Secũda vero vocabo enũciabilia futura vt loquamur breuius. Tũc ĩꝓta hoc ponam aliquas ꝓpositões ¶ Prima est q̃ deus est ꝑsciẽtia oĩum rez futurarum. ꝓbatur. quia de⁹ distincte cognoscit oĩs res possibiles. igitur ꝑscit oĩs futuras res ꝓsequẽtia tenet. q̃ deũ ꝑscire nõ est aliud q̃z euidenter cognoscere res futuras. Et añcedens patz ex ꝓpꝫ dictꝫ ⁊ ꝓbat̃. q̃ cũ deus sit ꝓma causa nihil potest ꝓduci ipo nõ cõꝓducẽte. ipe aũt nobilissime ꝓducit scz ꝑ intellectum ⁊ volũtatẽ vt supponit̃ ⁊ satis patz q̃ alias nõ esset rõ quare vnũ eiusdẽ ratiõis ꝓduceret magis vel ꝓpꝫ q̃z aliud. sicut istũ calorem plus q̃z aliũ eiusdẽ ratiõis. nisi determinatio fierz a causa cognoscẽte. ⁊c. Et istõ expresse est determinatio Augustini sup Genesim ad lr̃am. c. xv. Dis atq̃ huiusmodi testimoniꝭ. s. scripture ꝓbatur q̃ hec omĩa ꝓ vũs q̃z fuerint erãt ĩ noticia faciẽtis. Et idẽ determinat pluribꝫ locis ⁊c ¶ Secũda propositio est q̃ de⁹ est ꝑsciẽtia oĩm enũciabiliũ futuroꝝ. ꝓbatur. q̃ deus ꝑscit multa enũciabilia futura. ergo ⁊ oĩa. ꝓña tenet q̃ ex q̃ non est repugnãtia de aliq̃bus. ⁊ ipe habet intelligẽtiam infinitã. sequit̃ q̃ nec de omnibꝫ ⁊c Et istud añs patz. q̃ multa reuelauit de⁹ futura sicut resurrectionẽ mortuoꝝ. vltimum iudiciũ. ⁊c. ⁊ blasphemũ est dicere q̃ aliq̃ reuelauit ⁊ que sint illa nesciuit. Et istud ẽ expressum in scriptura Joh. vj. Sciebat enĩ ab initio Jesus q̃s traditurus esset eum. ⁊c. Et ibidem. xviij. Ipse erat sciẽs omnia que ventura erãt sup eum. Jtẽ Augustinus. xv. de trini. ca. iij. allegãs verbũ xpi Math. vj. dicit. Nouit autẽ verbũ dei pater vester q̃d vobis necessariũ sit anteq̃z petatis ab eo. nec ista ex aliquo tempe cognoscit. Jtẽ. v. de ciuitate dei. ca. ꝓmo. determiat q̃ nephas ẽ deum esse ꝓsciũ futuroꝝ negare. ⁊ libro ꝓmo ꝓtra Maximũ dicit q̃ est insania ¶ Ex his patet manifeste q̃ periculosa est ⁊ fidei contraria opinio Aureoli que dicit q̃ hec ẽ falsa. deus scit q̃ aliquid est futuꝝ. Et ista. deus scit q̃ antichristus erit. ⁊ similes omnes. quibus significatur deũ determinate scire aliqua futura. cui⁹ ratiõem assignat quia talis ꝓpositio de futuro ꝓtingẽti nõ est determinate vera ⁊ p ꝓsequẽs nec determinate scita. Et itez dicit q̃ ista est improꝑa. de⁹ scit quid est futuꝝ. quia nihil est determinate futurum sed tantum sub disiunctõne hoc vel illud. et sic etiam deus scit hoc vel illud

completū siue intentionale. multa alia dicit. sed hec sunt principalia ad propositum. Hanc aūt opinionē quo ad singula eius pūcta reprobat mltipliciter & diffuse Jo. scotus li. iiij. solutione ad quartā q̄stionē & ad ēntam vnica rōne, pbando. & similr p eum Dckam in ꝑma q̄stiōe q̄rti. ¶ Sz q̄ nolo hic insistere arguo ꝯ eā vnica rōne pbando ꝯclusionē predictā. quia illa positō ē irrōnabilis que ponit pluralitatē sine necessitate. Nam hoc est ꝯtra doctrinā ꝓhorū vt patet ꝑmo phisicoꝝ de opinione mellissi & anaxagore. & iij. de aīa. & vij. phisi. Quia em̄ natura nihil facit frustra semper vbi paucitas sufficit ad saluandū apparentias magis est ponenda. Et sicut sequēdo rōnem naturalē nihil est ponendū nisi q̄ ratio naturalis concludit. ita sequendo fidem nihil est ponendum nisi q̄ veritas fidei conuincit. ¶ Sz p̄dicta opinio nec ex rōne naturali nec ex veritate fidei cogitur ponere sacramenta legis noue esse cās effectiuas gratie modo supius ꝺclarato. vt inferius patebit. Nec est aliqua necessitas imo oīno fictio & supfluitas ponere vniuersaliter in sacramentis talem ꝓtutem supnaturalē sicut in aqua vel in verbis platis. aut ponere in aīa aliquā dispositionē puiam gratie q̄ sit caracter vel ornatus. q̄ sine tali pluralitate pñt oīa saluari vt inferius apparebit. igit predicta opinio est irrationabilis. & p ons ꝯclusio vera. ¶ Secunda ꝯclusio est q̄ nullū sacramentū debet ꝓpter hoc dici cā effectiua gr̄e q̄ deus in sacramento assistat p modū specialis p̄sentie. ¶ Jsta ꝯclusio est ꝯ Henricū de gan. q̄rto q̄. q. iij. vbi tenet q̄ deus assistit specialit sacramētis. & p hoc vult saluare q̄ sacramenta sunt cause gr̄e. Cōtra ꝑ p ꝯclusiōe arguit Scotus sic. deus nō est ꝑm essentiā pñtiā vel potentiā in aliq̄ sacramēto plus q̄ in alio corpe. vl si ponat aliter hoc nō ē nisi ad aliquē effectū causandū. Sed q̄ sic sit ibi nō pōt esse p aliquā causalitatē sacramēti. sacramentū em̄ in nullo est cā deum determinans ad causandū effectū sibi ꝓpriū. ergo tm̄ est ibi deus aliter q̄ in alio corpe ex determinatiōe scz ꝓprie volūtatis q̄ disposuit sic opari coexistēdo tali corpi. & p ons vel opinio illa falsum p̄supponit scz deum aliter assistere sacramentis q̄ dictum ē. vl ipsa habet ꝯcedere q̄ ꝓpter spālem assistentiā dei sacramēta nō sunt cause gr̄e nisi ad istum sensum impropriū q̄ deus in sacramentis ordinauit sic agere nō q̄ ipsa sacra sic agant. & de tali ordinatiōe & libera pmissione ipse certificauit ecclesiaz. vñ in ꝑ sensu tenet Scot q̄ sacramēta sunt cāe effectiue gr̄e & non aliter. q̄ō ipse diffuse declarat sed transeo cā breuitatis. etiā q̄ ista positio satis clara est & forte clarior q̄ sua declaratio. patet ꝑ secūda ꝯclusio. & c. ¶

¶ Ad videndū aūt melius quō sacra sunt cāe gr̄e & quō non. & ad saluandū dicta scōrū ꝺctoꝝ distinguendū est de cā efficiente. q̄ em̄ cā est illud ad cui esse sequit aliō dupl̄r pōt aliq̄d dici cā. Uno mō ꝓprie. q̄n ad p̄sentiā esse vnius ꝓtute eius & ex na̅ rei sequit esse alteri. et sic ignis est cā caloris. Alio mō improprie. q̄n ad p̄ntiam eē vni sequit esse alteri. nō tn̄ virtute eius nec ex natura rei. sed ex sola voluntate alterius. & sic actus meritorius dicitur causa respectu p̄mij. Sic etiā cā sine q̄ nō dicit cā. ¶ Ex q̄ sequit primo q̄ cā sine q̄ non. nō ꝺz absolute & simpl̄r dici cā. q̄ ꝓprie nō est cā. ¶ Secundo sequit q̄ in naturalibꝫ nō repit aliq̄ cā sine q̄ non respectu alicui effect. sed in voluntarijs bñ repit talis cā. q̄ in naturalibꝫ sp ex natura rei seq̄tur effectus. sed nō in volūtarijs. ¶ Jsta distinctione p̄missa pono terciā ꝯclusionē q̄ sacramēta legis noue ꝑmo mō nō sunt cāe effectiue gr̄e sed bñ secūdo mō & improprie. Jsta ꝯclusio simul quo ad vtrāq̄ ptem ꝑbat sic. Ad p̄sentiaz sacramētoꝝ ex ꝓtute ipsoꝝ nō sequit gr̄a sz solum ex ꝓtute alterius scz dei sic agentis. nec talis sequela ē ex natura rei sed solū ex voluntate libera dei. igit ꝯclusio vera. p̄na tenet ex termis. Et añs patet. q̄ solū ex eo sequit gr̄a ad p̄sentiam sacramētoꝝ. q̄ deus sic instituit q̄ non ꝓferatur gr̄a nisi positis sacramētis & ipsis positis cōferat. Et si oppositū instituisset effectus oppositus sequeret. ¶ Ex hac distinctōe sequunt duo corrolaria ꝯ sanctū Thomā ¶ Primū est q̄ quodlibet noue legis sacramentū solus est cā gr̄e sine q̄ nō. & ita p̄nt intelligi oīa dicta vel autoritates sctoꝝ aut doctoꝝ q̄ vident sonare q̄ sacramenta legis noue sunt cause gratie. Unde quādo mgr̄ & sancti dicunt q̄ sacramenta noue legis efficiūt q̄ō figurant. non est intelligendum q̄ proprie efficiant gratiam sed q̄ deus efficit eaz ap

eoꝝ p̄sentiã. ꝛ hoc sufficit magistꝛ̃ ꝛ alijs ad ponendũ differentiã inter noua ꝛ antiq̃ sacramẽta. ¶ Scõo sequitur ꝙ nullũ sacramentũ legis noue siue p̄ virtutẽ p̄ꝛiaꝝ siue p̄ virtutem ei collatam est p̄ꝛie causa efficiens alicuius dispositõis in aĩa ad gꝛatiã pꝛeuie. Patet. qꝛ talis rõ põt fieri de tali dispositiõe sicut facta est de gr̃a. hoc etiã diffuse pbat Ockã in solutione ꝓme q̃stionis q̃rti libꝛi. ¶ Cõtra istud coꝛrelariũ ꝛ secundã ꝑtem q̃stionis arguo sic. et pbo ꝙ sacramẽtũ sit p̄ꝛie causa gratie ꝛ etiã dispositionis ad eam p̄uie. qꝛ videt ꝙ oĩe illud q̃ posito ponit aliud sit p̄ꝛie causa illius Nam de ratione cause p̄ꝛie dicte non est ꝙ ad ipsam necessario sequatur effectus aut ꝙ non possit poni sine ipsa. qꝛ ignis est p̄ꝛie causa caloꝛis ꝛ tamen non necessario sed mere ꝓtingẽter ad ignẽ sequit calꝛ. sic patuit de igne trium pueꝛoꝝ in fornace. similiter caloꝛ etiam igne p̄sente põt pꝛoduci igne nihil causante sicut patꝛ si deꝰ se solo pduceret caloꝛẽ suspendendo actionem ignis p̄sentis. Jgit ad hoc ꝙ aliquid sit p̄ꝛie cã alterius sufficit ꝙ ipso posito ponatur illud ꝛ ipso non posito nõ ponat. sꝛ sic ẽ de sacramẽtis respectu gr̃e ꝛc̃. igit ꝛc̃. Et ꝓfirmat. qꝛ sicut ad p̄sentiam sacramentorũ sequit gr̃a solũ ex voluntate alterius. s. dei sic volentis. ita ad pꝛesentiam ignis sequit caloꝛ solum ex volũtate dei. qꝛ ipo sic volente sequit caloꝛ. ꝛ ipso sic non volente non sequit. Jgit ita p̄ꝛie sacramenta sunt cause gratie sicut ignis est cã caloꝛis. cuiꝰ oppositũ dictum est. ¶ Pꝛo solutione huiꝰ dubij pono aliquas p̄põnes. ¶ Pꝛima est ꝙ q̃cunq̃ deus facit aliquẽ effectũ mediante causa secunda. ipse non solũ facit illũ effectũ sed etiã facit cãm secundã esse cãm illius effectꝰ. Pꝛobat. qꝛ deus facit oẽ positiuũ. cãm aũt secundã causare effectũ suuꝫ est q̃d positiuũ. igitur ꝛc̃. ¶ Secũda p̄positio sequens ex p̄dicta est ꝙ deus nihil facit fieri p̄ aliud q̃n illud idꝫ facit p̄ seipm. imo p̄ius natura ꝛ p̄ncipalius facit illud. ¶ Tercia Plus facit deꝰ faciendo aliquẽ effectum mediante cã secunda q̃ꝫ si faceret eundem effectũ se solo. quia in p̄ma factione sunt plures termini diuine actiõis q̃ꝫ in secunda factione. vt patet ex p̄ma p̄põne ¶ Quarta p̄positio est ꝙ nulla causa secunda sic est p̄ꝛie cã alicuius effectus nec aliquis effectus sic ex natura rei sequit ex aliqua cã secunda ꝙ causa necessario inferat effectũ vl ꝙ effectus necessario p̄supponat illam cãm imo effectus pure ꝓtingẽter seq̃tur ex secunda. et secũda cã pure ꝓtingẽter antecedit effectũ suum. ¶ Quinta p̄põ ꝙ ñ obstantibꝫ p̄dictis aliqua cã efficiens scõa sic est p̄ꝛie causa ꝙ ipsa agit effectum ꝑ virtutẽ p̄ꝛia. dico aũt virtute p̄ꝛia non q̃dem p̄ꝛia p̄ exclusionem ꝑ virtutis extranee vel alienе. sed ꝑ virtute p̄ꝛia. i. virtute que est in ipsa vel q̃ est ipsamet ꝛ nõ sibi aliena. Sic enim ignis agit caloꝛẽ virtute p̄ꝛia scꝫ aliq̃ ꝑ virtutẽ q̃ non est sibi aliena. Nec tñ excludo q̃n agat virtute dei que est sibi virtus aliena ꝛ a sua p̄ꝛia ꝑ virtute distincta. ¶ Sexta p̄positio est. Aliqua est cã efficiens secũda ad cuius positionẽ sequit effectus non solum ex voluntate dei sed ex natura rei. ꝛ sola talis causa secunda est cã p̄ꝛie dicta. ¶ Jsta patet ex p̄cedente. quia effectus q̃ seq̃tur ad positionem cãe ꝛ hoc ex virtute p̄ꝛia ipsius cause non solum sequit ex volũtate dei sed ex natura rei. ¶ Ex his patꝫ ad formam articuli. vñ q̃n dicit ꝺ rõne cause p̄ꝛie dicte non est ꝙ ad ipsaꝫ necessario sequat ꝛc̃. Jdeo sufficit ꝙ ipsa posita ꝛc̃. concedo añs. qꝛ facit p̄ quarta p̄põne posita. sꝫ nego p̄nam. qꝛ nec p̄muꝫ requiritur nec secundum sufficit ad hoc ꝙ causa secũda sit cã p̄ꝛie dicte. sed requirit ꝛ sufficit ꝙ posita ipsa ponat effectus. scꝫ ex virtute ipsius cause ꝛ non solum ex voluntate dei. sic aũt non est de sacramentis ꝛc̃. ¶ Ad cõfirmationẽ aũt quãdo ꝺꝛ ꝙ ad pꝛesentiã ignis sequit caloꝛ solũ ex voluntate dei. nego istꝺ. quia q̃n ignis pꝛoducit caloꝛẽ talis caloꝛ sequit ex volũtate ꝺi p̄ncipaliter. sed tamẽ vna cũ hoc ꝑ virtute ignis Et q̃n ꝓbatur oppositum qꝛ deo sic volẽte sequit caloꝛ ꝛc̃. Dico ꝙ hoc est verũ sed nõ est ideo verũ ꝙ ille caloꝛ seq̃tur solum ex voluntate ꝺi. sed quia cessante voluntate dei cessant singꝛa ex q̃bus ille caloꝛ sequitur seu ponit in esse ideo ꝛc̃. ¶ Unde p̄cedo istam septimã p̄positionem ꝙ licet ad p̄sentiã cause secunde p̄ꝛie dicte sequat effectus non soluꝫ ex voluntate dei sed ex virtute ipsius cause et ex natura rei. tamen ꝙad p̄sentiam alicuius cause secunde sequat aliquis effectus ꝑ virtutem ipsius cause seu ex natura rei. soluꝫ est ex volũtate dei. Nã hoc solum est qꝛ deꝰ vult

talem causam assumere ad coopandum si bi talem effectum quem si vellet possz sine ea pducere. ¶ Ex qua sequit octaua ppō q licet oīs causa secūda pprie dicta causet effectū ex natura rei. tñ q ipsa sit cā pprie dicta non est ex natura rei qz solum ex voluntate dei. Et hec de pmo articlo q. sufficiāt.

B ¶ Quantū ad secundum articulū videndum est. vtrū posse creare simplr repugnet creature. qz etiam hanc materiam tangit mgr ca. vlti. v. disti. q̄rti li. vbi videt tenere q potentia creādi saltem ministerialiter seu instrumētaliter est cōicabilis creature scz sacramētis seu ministris sacramētoꝝ. cuius oppositū videt pbare secūda rō q. Unde p intellectu huius materie premitto vnam distinctionē. scz q creare seu creatio in philosophia ꝛ in theologia solet capi q̄drupl'r. ꝛ tot modis sumitur annihilare. qz quot modis dicitur vnū oppositorū tot modis dicit ꝛ reliquum. ¶ Primo modo creare cōmunissime et largissime sumit p vt idē est q facere aliq̄d esse post nō esse. et correspondēter annihilare est facere aliq̄d non esse post esse. Et sic accipit ꝯmentator creare. iij. de aīa vbi dicit q intellectus creat intellectionē. Et hoc mō generatio non differt a creatione vl' corruptio ab annihilatione. ꝑm hunc modū clarum est q creatura pōt creare ꝛ etiam annihilare. ideo de ista acceptione nihil dicam. qz etiam nec ē ppria. ¶ Secūdo sumit creare minus cōmuniter ꝛ minus large put idem est q facere aliq̄d esse post nō esse ab illo agēte qd pōt hoc sine causali influxu materie vl' subiecti. et corrñdēter pōt sumi annihilari seu annihilatio. ꝛ sic accipit creare. qñ dicit q omnis res est creator vel creatura. qz licet deus producat multa ex subiecto sicut oēs formas materiales. tñ dicit oīa creare. q̄a oīa pōt pducere sine causali influxu materie vel subiecti Et ꝑm hunc modū possibile est idē creari ꝛ generari. ꝛ idem annihilari ꝛ corrūpi Multa em̄ h mō creant q̄ etiā generant ꝛ pducunt ex matia vel subiecto Unde hic ꝛ in seq̄ntibꝫ cum loquor de materia non intelligo solū materiā pmaz que est subiectū formaꝝ substātialiū. sed p materiam intelligo quodlibet subiectū de cuius potētia pōt educi aliq̄ forma. ꝛ sic intellectus est materia sue intellectōis sic etiaz eadem res est materia ꝛ forma. Nec ista acceptio est impropria. qz sic capit phus materiā. ij. phisi. ꝛ. v. metha. qñ distinguit q̄tuor genera cāꝝ. s. materiā formā efficiētē ꝛ finem. qz aliter nō oīs cā reduceret ad aliq̄m istaꝝ. ¶ Tercio mō sumit creare magꝭ stricte ꝛ magis pprie put idem est q facere aliq̄d esse post nō esse sine cōcursu causali seu influxu materie vl' subiecti sine subiecto p̄supposito ex quo illud fiat. ꝛ corrñdēter p̄t sumi annihilare. Et sic accipit creare qñ dr q anima creat vel gr̄a in anima. qz licet gr̄a vel anima pducat in subiecto nō tñ ex subiecto. Nam in suo fieri vel suo esse non dependet causaliter a subiecto Et isto mō capiendo creare nō est possibile idem simlr creari ꝛ generari aut annihilari ꝛ corrūpi. qz creatio et annihilatio ñ p̄suppoūnt subiectū ex q̄. generatio ꝟo ꝛ corruptio illd p̄supponunt. Et ꝑm hanc acceptionē nō est bona diuisio entis q oē ens est creator vel creatura. qz sic nullū ens generatū est creatura Nam oē generatū fit ex subiecto. Et intelligo oīa ista de pductione ad extra. qz d pductione ad intra non essent vera. Nā filius dei nō pducit ex subiecto ꝛ tñ nō creatur sed generat. Claꝝ est igitur q nō stat aliq̄d creare vel aliq̄d creari isto tercio mō ꝛ non secūdo mō prius dicto. sed bñ econtra. tñ q̄cquid pōt creare isto mō pōt creare secūdo mō ꝛ ecōtra. Ideo d secūdo mō nihil dicā. qz dicto tercio patet de illo.

¶ Quarto mō sumit creare satis stricte et satis pprie. licz non capiat sic cōmuniter put idem est q facere aliq̄d esse post nō eē ab agente se solo causante ꝛ sine ꝯcursu alterius cause efficiētis. siue pducat ex subiecto siue non. ꝛ corrñdēter pōt sumi annihilare Et sic capit creare Gen̄. j. c. vbi dr. creauit deus oēm animā viuentē ꝛc. Nō em̄ oportet intelligere q deus tunc creat omnē animam ex nihilo. sed iō oēm talem aīam creasse dicitur qz se solo pduxit licet pduxerit ex subiecto. Et ꝑm istū modū patz q bene stat idē simul creari ꝛ generari. qz ille anīe de q̄bꝫ dictū est fuerūt create qz a solo deo facte. ꝛ tñ fuerūt generate. qz ex subiecto pducte. Sic ergo patz quō creare dr q̄tuor modis. De q̄bꝫ quatuor duo vltimi magꝭ sunt ad ppositum. ideo de illis solum ponā tres ꝯclusiones. H ¶ Prima cōclusio est q capiendo creare ꝛ annihilare quarto mō p nullā potentiā siue ordinatā siue ab-

solutam creatura potest creare vel annihilare. ¶ Secunda est q capiendo creare z annihilare tercio mõ z loquendo de potẽtia naturaliter ordinata nulla creatura pt creare vel annihilare. ¶ Tercia est q capiendo creare z annihilare illo tercio mõ. et loquendo de potentia simplr absoluta qlibet creatura potest creare z annihilare. Et istam terciã non assero. qr cõiter negat ab omnib⁹. sed eam solum pono pbabiliter et disputatiue. ¶ Prima ꝯclusio probat sic. p nullam potentiã creatura se sola aut sine alio agente ꝯcurrente põt facere aliqd esse post non esse. vel aliqd nõ esse post esse. igitur conclusio vera. consequẽtia est clara. z añs patz. quia creatura nihil oĩno põt nisi deo ꝯcurrẽte. Nam sicut necessario de⁹ est oĩpotens ita necessario si aliqd fit ipse est oĩfaciens. z etiam si aliquid de esse transit in non esse ipse respectu illius subtrahit suam influentiã conseruatiuã. ac p hoc ipe ẽ illius cã destructiua. Et hoc tenenduz est ex fide licet nõ possit pbari euidenter. et sic patet de quarto mõ creandi de quo breuiter transeo. qr de illo modicũ loquunt doctores. ¶ Secunda conclusio pbat. circa cuius pbationem dico duo. Primo dico q ipsa non põt probari euidenti rõne. Tũ pmo quia oĩs probatio eius potest apparẽter solui etiam sequendo purã phiam naturalem. Tum secundo quia puri philosophi posuerunt oppositũ sicut Auicenna q cõcedit creaturam creare posse. imo de facto creare. sicut patet. ix. metha. vbi ipse ponit intelligentiã secundã esse cãz productiuam tercie z terciaz quarte z sic deinceps. illa aũt intelligentia secũdo vel tercio pducta creata est. z productio vtriusqz creatio est eo mõ quo ipse loquitur de creatione z creatura sexto Metha. put scz creatio ẽ pductio de nihilo z est post nihil nõ ordine durationis sed ordie nature. put ipse exponit ibidem vel de nihilo id est nõ de aliq ipsius producti supposito. Hoc g mõ ipse ponit intelligentiaz secundã productã a deo. z terciã a secunda nullo psupposito. z cape esse post nõ esse ordine nature sed nõ durationis. qr nõ ponit nouitatem. z iste modus ponendi est bene subtilis z valde probabiliter sustinibilis. nec oppositum posset euidẽter probari. Ex quo patet error Aristotilis z sui ꝯmentatoris q reputauerũt pnci pium euidẽs q ex nihilo nihil fit. siue q oẽ qđ fit fit ex aliquo. quia nec est euidens nec euidenter probabile. Et sic patet q pdicta secunda cõclusio nõ põt euidenter probari sicut dixi. ¶ Dico tñ secundo q ipa potest apparẽter probari Unde eam nisus est probare multiplr sanctus Thomas. sz oẽs rõnes eius reprobat Scotus. eoq illi supponunt multa falsa sicut ipe ostendit in pma q. quarti. ideo ipse facit alias rõnes qs etiam refellit Ockã. q. ĝrta secũdi. ostẽdens ibi eas nõ pcedere ex veris. Nolo tñ hic insistere sed probo seu psuadeo cõclusionem ostendendo pmo q de potẽtia naturaliter ordinata nulla creatura potest creare id est aliquid facere esse sine subiecto cõcurrente. Secundo q nec põt annihilare Primũ probat sic. qr si creatura posset creare. vel naturaliter vl libere. Primo nõ pt dici q naturaliter. quia agẽs qđ equaliter se habet ad plura producibilia einsdez rõnis ĝtum est de se vel oĩa producit vl nullũ. qr nõ est rõ quare illud z nõ istud. sed agẽs naturaliter equalit se hz ad oĩa producibilia einsdẽ rõnis ĝtum est de se imo est ad infinita z agit ꝑm vltimũ potentie. igit si possit producere vnũ non reqrendo subiectũ receptiuum ex quo producat pari rõne producz oĩa producibilia einsdẽ rõnis cum illo. z p ꝯsequẽs poterit producere infinita. hoc autem est falsum. igitur zc.

¶ Secundo nõ põt dici q creatura possit creare libere seu p libez arbitriuz. quia sic nõ põt creare nisi mediante suo velle. z tũc si ponat q põt creare per suum velle. vel ꝑerit sic q eoipso q vellet ipsum producibile esse ipm esset. vel sic q volitio posita essz cã ipsius producendi seu creandi. Si secundo mõ cum volitio posita z causata naturaliter causet illud cuius est cã. patet q redit idem argumentũ qđ factũ est de actuo naturali. Si pmo modo cum volũtas creata possit velle infinita eqliter sicut finita z eq leuiter. igit poterit creare etiam infinita. z si non p vnam volitionẽ tamẽ p infinitas volitõnes successiue. hoc aũt videtur falsum sicut pus. qr non videt esse finite potẽtie posse producere infinita. Hanc rationẽ prolixe tractat Adam p. q. quarti. ipsam fortificando z declarando. et videt mihi q ipsa bene concludit q creatura ꝑm potentiam naturaliter ordinatã seu ꝑtute

sua naturali non potest aliquid creare seu aliq̄d facere ⁊ non ex subiecto. ⁊ hoc tenuerunt philosophi ꝓpter expientiam. q̄ viderunt in multis tam artificialib⁹ q̄ naturalibus qd̄ om̄e quod fit. fit ex aliquo. sic̄ vestis ex pāno. pānus ex lana. ignis ex lignis ⁊ sic de aliis. Et non viderūt instantiaꝫ in aliquo. ideo tenuerunt ꝙ quicq̄d facit aliquid de nouo facit illud ex aliquo. nec pōt illud facere ex nihilo. ⁊ hoc est bñ verū ꝑm potentiam naturaliter ordinatam. tñ videtur mihi ꝙ cum oībus predictis stat ꝙ de potētia simpl'r absoluta creatura possit creare. q̄ deus absolute posset creature sup̄naturaliter cōicare potentiā creandi. sicut patebit in tercia conclusione. q̄uis adam teneat oppositum ⁊ cōmuniter oēs. ¶ Secundum ꝓbat̄ scꝫ ꝙ nec etiam creatura p̄t naturaliter seu de potentia naturali annihilare. quia agens naturaliter semp̄ intendit p̄ prius ꝓductionē alicuius q̄ destructionē alterius. ideo qd̄ pōt annihilare potest creare ⁊c̄. Unde videmus p̄ expientiā ꝙ in opationib⁹ naturalib⁹ semp̄ ad destructionē vnius sequit̄ productio alterius. iō dicit Aresto. ꝑmo de generatione ꝙ semp̄ corruptio vnius est generatio alterius. igitur ⁊c̄. K ¶ Sed contra p̄dictā ꝯclusionē sunt tria dubia. ¶ Primum est Utꝝ de⁹ possit creare mediāte creatura ip̄a creatura pure naturaliter agente. Et videtur ꝙ sic. q̄ deus creat aīam humanā mediante homine ipso homine pure naturalit̄ agēte. aliter in ꝓductione hominis hō non eēt cā efficiens naturalis. igit̄ videt̄ ꝙ creatura naturaliter possit creare saltem p̄tialiter ⁊ instrumentaliter. ¶ Secundū dubium est. q̄a videt̄ ꝙ creatura possit annihilare. q̄ peccatū mortale destruit gr̄am ⁊ infidelitas fidem. sed destructio gratie vel fidei ē annihilatio sicut eaꝝ productio est creatō. igit̄ ⁊c̄. ¶ Tercium dubium est cōtra modū ꝓbandi ꝯclusionē q̄ p̄ similē rōnem ꝓbaret̄ ꝙ creatura nō pōt naturaliter generare. q̄ arguit̄ sic. omne agēs naturaliter ñ impeditū respiciens plura ꝓducibilia eq̄liter ꝓducit quodlibet vel nullū. Sed om̄e agens naturaliter equaliter respicit omnē formā ꝓducibilē de potētia huius materie ab ipso in eam. Et similiter illa materia vl̄ subiectū indifferenter est in potentia ad receptionē cuiuslibet illaꝝ. q̄ nec habent ordinem ad agens nec ad passum cū quelibꝫ illarū oīno nihil sit. igitur ꝓducit quālibet talē. ⁊ p̄ ꝯñs pōt ꝓducere infinitas vel nullam pōt ⁊c̄. Item si illa rō aliq̄d ꝓbat non videt̄ aliud ꝓbare nisi ꝙ creatura nō potest aliquid ꝓducere nisi in receptiuo sicut animā ⁊ gr̄am. igit̄ ⁊c̄. ¶ Pro solutione ꝑmi dubij sciendū est ꝙ deum creare mediante creatura p̄t intelligi dupl'r. Uno mō ꝙ deus creet aliq̄d creatura illud idem ꝓducēte. sicut celū agit mediante lumine calorez q̄ lumen secum agit calorē. Et sic loquendo deus non pōt creare mediāte creatura. ipsa creatura naturaliter agēte seu ꝑm cursum nature. quia si deus sic faceret essꝫ miraculū. Utruꝫ aūt possit sic facere videbit̄ in tercia ꝯclusione ꝙ sic. Alio modo pōt intelligi deum creare mediāte creatura quia dat potestatē creature aliq̄d faciendi in aliquo receptiuo. quo facto ipse vult immutabiliter causare. sicut dedit potestatez hoī sic disponendi materiā in generatione hominis ꝙ ipsa sic disposita ip̄e īmutabiliter velit aniam intellectiuā creare. Et isto mō posset deus multa creare p̄ creaturam seu mediante creatura. q̄ ipse de facto sic ñ creat. Sic em̄ potest cōferre sacramentis vel ministris sacramētoꝝ potentiā creandi. id est causandi aliquē effectū naturalē vel faciendi aliq̄d naturaliter circa aliqd̄ subiectum vtpote circa pueꝝ baptisatum. q̄ facto immutabil'r ipse vult creare. hoc autez potuit sed nō fecit. sicut dicit Aug⁹. omel'. v. sup̄ Jo. ⁊ allegat illud mgr̄ q̄rto li. disti. v. Et sic dicit Scotus ⁊ Adam post eum ꝙ mgr̄ intelligit in illa distinctione deum posse cōicare creature potentiā creandi. licet hoc non cōicauerit de facto sacramentis vel ministris sacramētoꝝ. L ¶ Pro solutione secūdi dubij pono aliq̄s ꝓpōnes ¶ Prima ē ꝙ nec peccatū mortale actiue destruit gr̄am nec infidelitas fidē infusaꝫ. ¶ Secunda ꝙ infidelitas bñ destruit actiue fidem acq̄sitam. q̄ illa destructio nō est annihilatio sed corruptio. sicut ꝓductio fidei acquisite est naturalis generatio. ¶ Tercia est ꝙ pctm̄ mortale demeritorie destruit gr̄am ⁊ infidelitas fidem infusam deus aūt sol⁹ actiue destruit eas. s. nō ꝯseruando seu subtrahēdo influentiā manutenentie sue ab eis. ¶ Quarta ꝓpō est ꝙ q̄cito ponit̄ casus culpe mortalis tā cito et nō

prius vel posteri⁹ tpe vel natura deus an/
nihilat gr̄am. Exemplū de obstacl'o lumi
nis. ¶ Ad terciū dubiū pōt rn̄deri dupl'r.
Uno mō ꝑm Ockam q̄ tenet ꝙ idē agens
naturale de eodē passo nō est ineternū na/
tū ꝓducere nisi vnicū indiuiduū eiusdem
rōnis adeq̄tū sue actiuitati ex eodez passo
ꝑm numeꝝ. ⁊ ꝙ ista forma rediret q̄tiēs idē
agens ꝓduceret indiuiduū eiusdem speci/
ei ex illa materia. Et istud tenet Scot⁹ in
li. q̄rto esse multū ꝓbabile et mag⁹ videtur
ad hoc declīare. ⁊ ꝑm istū modū leuissime
rn̄detur ad illam obiectionē que fiebat cō
tra illā rōnem cōclusionis sicut patz intu/
enti. Sed Adā reprobat illud ⁊ ostēdit ꝙ
idem agēs numero possit de eadē materia
nūero ꝓducere diuersa indiuidua sue vir/
tuti adequata. sicut ignis de eadem mat'ia
multos ignes successiue producere pōt. q̄/
rum q̄libet ꝓportionet̄ actiuitati sue. Uide
ꝓcessum suū si placz. qꝛ trāseo cā breuitat⁹
¶ Secundo mō potest rn̄deri ꝑm hāc vi/
am ad illā obiectionem. pro quo pono ali/
quas ꝓpōnes D ¶ Prima sit hec. Ex
agēs naturale pōt producere infinita. imo
aliq̄d est agēs naturale quod nō pōt ꝓdu/
cere q̄n producat infinita quia aliquod est
agens naturale q̄d non pōt producere nisi
ꝓducat ens ꝯtinuum. ⁊ quodlibet tale ē in
finitū. qꝛ infinite partes ꝓportionabiles
¶ Secunda est ꝙ nullum agens natura/
le potest ꝓducere infinita actu sepata. patz
qꝛ non est possibilis infinita multitudo in
diuiduoꝝ actu sepatoꝝ. ¶ Tercia est ꝙ in
finita actu sepata eiusdem rōnis pōt agēs
naturale naturaliter ꝓducere seu genera/
re de quolibet passo de q̄ pōt vnum indiui
duū producere. patet. qꝛ cū vnum possit ꝓ
ducere ⁊ nō solū vnū vt dictū est sed plura
eiusdē rōnis sequit̄ ꝙ non tot potest ꝓduce
re q̄n plura posset. ⁊ hoc si duraret. igit̄ ⁊c̄
¶ Quarta ꝓpō est ꝙ nullū agens naturale
potest naturaliter producere ex aliq̄ subie
cto seu passiuo nisi vnicū indiuiduum vna
vice. ⁊ ideo agens q̄uis sit de se indetermi
natū ad recipiēdū istud vel illud tn̄ passuz
non est naturaliter natum suscipe pl'a siml'
Ideo agens ex subiecto determinatur ab
ipso subiecto naturaliter ad producenduz
vnicum vna vice q̄uis non determinet̄ ab
ipso passo ad plus producēdū illud quod
ꝓducit primo q̄ aliud secundo producibi
le de eodez. ¶ Si vero q̄ras a q̄ sic deter/
minat̄. Rn̄det Adam ꝙ ab agēte libero. s.
a deo ip̄m secundū agens p̄ueniēte ⁊ libere
determinante ad ꝓducēdū istud indiuidu
um plus vel prius q̄ aliud. Un̄ dicit ꝙ ex
hoc sumitur efficacissimū argumentuz ad
ꝓbandū ꝯ ꝓhos maxime Arestotilem ⁊ su
um ꝯmētatorē deū esse agens libeꝝ liber/
tate ꝯtingentie. Et hoc idem post eū tenet
Grego. li. p̄mo in materia de intentiōe for
maꝝ. ¶ Ex p̄dict⁹ patet faciliter solutio ad
obiectionē contra rōnem ꝯclusionis. Sz
ad ꝯfirmationē eiusdem obiectōis quādo
dicit̄ ꝙ si illa rō aliq̄d probet non videt̄ ali
ud probare nisi ꝙ agens creatū non p̄t ali
quid producere nisi in subiecto mō cum h̄
stat ꝙ possit creare. ⁊c̄. ¶ Hic dico primo
ꝙ stat aliq̄d produci in subiecto ⁊ non pro
duci ex subiecto. vt bn̄ probat ratio. Und̄
differentia est inter illa sed bene difficile ē
illā explicare verbis. hoc aūt debet videri
sup secūdo libro. ¶ Dico secundo ꝙ n̄ stat
naturaliter agēs creatum aliquid agere ī
subiecto ⁊ illud nō agere ex subiecto. Ido
rō ꝯclusiōis procedit. q̄re ⁊c̄. Utrū autem
agens creatuz absolute possit aliq̄d facere
in subiecto ⁊ nō ex subiecto teneo ꝙ sic. qꝛ
cū vtrūq̄z. s. producere in subiecto ⁊ produ
cere ex subiecto ꝯueniat agēti creato ⁊ pri/
mū absolute possit separi a secūdo Nō vi/
det̄ q̄n p̄mū absolute possit inesse sine scd̄o
q̄re ⁊c̄. A ¶ Tercia ꝯclusio probat̄ Cir
ca quam sciendū est ꝙ sicut d̄r ꝙ de⁹ aliq̄d
pōt de potētia absoluta q̄d nō pōt de potē
tia ordinata. ita dico d̄ creatura. iō ꝯcedo
ꝓbabil'r ꝙ licz creatura de potētia natura
li seu nat̄aliter ordīata nō possit creare vel
annihilare vt dictū est. tn̄ ista pōt d̄ poten/
tia simpl'r absoluta. s. sup naturalit̄ seu mi/
raculose. Et hoc capiēdo creare ⁊ annihi
lare tercio mō. Un̄ arguit̄ primo sic. nō ap
paret aliq̄ ꝯdictio ꝙ de⁹ vellet vl' absolute
possz velle creaturā actiue facere aliq̄d eē
post nō eē vel nō esse p⁹ esse sine passo p̄sup
posito ex q̄ sic ageret. igit̄ h̄ est absolute pos
sibile. ¶ Scd̄o arguit̄ sic ꝯfirmando p̄di
ctā rōz qꝛ si posse creare absolute repug̃ret
creat̄e h̄ eēt maxīe qꝛ necessarie essz ꝙ v̄tus
creatiua sit īfinita. sz ꝓbo ꝙ h̄ n̄ sit nc̄cariū
absolute. qꝛ aut h̄ eēt rōne t̄mī ꝓductōis. i.
ip̄i⁹ ꝓducti. aut rōe ꝓductōis aut rōe distā
tie īt̄ t̄minū a q̄ ⁊ t̄minū ad quē. s. īt̄ eē ⁊n̄ eē

¶ Sed ꝑmum non valet. hoc em̄ non exigit infinitatē. qꝛ oīs terminus creatōis ē finitus. Nec secundū. cum omnis modꝰ creationis sit finitꝰ qꝛ est aliq̄d extra deū. Nec terciū. qꝛ ipsa ꝓductio est finita cum sit creatura vel aliquid in creatura. Nec quartū qꝛ nulla est ibi distantia positiua nec priuatiua. Et de hoc bñ ꝓsequit̄ Scotus ꝯtra Thomā ꝑ. q. sup̄ quarto. ⁊ alibi in ꝑmo. et aliis multis locis. Et etiam sicut bñ dicit Ockam illa cā. de distantia termīoꝝ nihil valet. qꝛ si valeret ita cōcluderet ꝙ creatura nihil posset facere Nam tanta distantia est inter terminū a q̄ ⁊ terminū ad quē productionis naturalis sicut creationis si aliqua sit ibi distantia. igit̄ non apparet ratio cur potentia creatiua necessario debeat eē infinita. ⁊ ꝑ ꝯñs cur non sit absolute cōmunicabilis creature. ¶ Tercio arguit̄ sic. qꝛ licet deus talem legem naturalē rebꝫ ordinauerit ꝙ vnus angelus non ꝓducit aliū angelū. tamen non apparet aliq̄ ꝯtradictio cur hoc nō possit absolute sicut ignis pōt ꝓducere ignē. cum sit ꝑfectiōis posse ꝓducere sibi simile. ⁊ angelus sit multo ꝑfectioris speciei q̄ ignis. ¶ Quarto ꝓbo ꝙ ꝺ facto creatura sepe creat ⁊ deinde ꝙ annihilat. et arguo sic. Quicq̄d ꝯseruat aliquid ⁊ non ex subiecto creat illꝺ quod sic ꝯseruat sed creatura sepe ꝯseruat aliq̄d ⁊ nō ex subiecto. igit̄ creat ⁊c̄. maior videt̄ vera. sꝫ minor patꝫ ꝺ accidētibꝫ q̄ sunt in eucharistia. que cōseruant̄ a cā naturali nō in subiecto ita bñ sicut qñ erant in subiecto. Ad istam rōnem rñdet Ockā in secūdo libro dupliciter Uno modo ꝙ accidentia eucharistie cōseruant̄ a solo deo ⁊ nō a creatura. Alio modo ꝙ nō est simile de creatione ⁊ cōseruatione. qꝛ aliter agens respicit ꝓductū in actu ⁊ aliter nō ꝓductū. qꝛ ad quodlibet ꝓducibile non ꝓductū est indifferēs. ⁊c̄. Jō concedit ꝙ creatura potest seruare aliquid sine subiecto sed nō creare. ¶ Sed prima responsio non videtur valere. q̄a apparet sensui humano ꝙ illa accidentia ꝯseruant̄ a creatura sicut anteq̄ erant sine subiecto. igitur non est magis negandū ꝙ cōseruantur a creatura post q̄ ante. añs est notum cuilibet ⁊ ꝯsequentia tenet. quia in fide xp̄i nunq̄ neganda est apparentia sensus naturaliter bene dispositi nisi vbi expressa autoritas fidei vel efficax rō sumpta ex his que sunt fidei ad hoc cogit Sicut negamus ꝙ eucharistia sit panis q̄uis hoc eque appareat post ꝓlationē verborum sacramentaliū sicut ante. quia ad hoc negauduꝫ cogit expressa autoritas vel ratio. ⁊c̄. sicut patet intuenti. igitur ⁊c̄. ¶ Similiter secūda responsio non videt̄ valere. quia probo ꝙ cōseruare aliquid ⁊ non ex subiecto sit creare

O ¶ Ad cuius ꝓbationeꝫ pono aliq̄s propositiones. ¶ Prima est ꝙ cōseruatio alicuius rei est eiusdem rei ꝯtinua ꝓductō ita ꝙ omne qꝺ ab aliq̄ cōseruat̄ ab eodem ꝯtinue ꝓducit̄. Ista ꝓpō manifeste est de intentione Auicēne vbi ꝑus allegat̄ in secūda conclusione. Et patet etiam ꝯm ꝑhiam Arestotilis qꝛ ꝯm eam non sunt nisi q̄tuor modi causaꝝ. s. materialis. formalis. efficiens et finalis. Sed ꝯstat ꝙ conseruare est causare. et esse cōseruatorē est esse causam. sed hec causalitas non est causalitas materialis formalis aut finalis vt notum ē igit̄ est causalitas efficiens. ⁊ ꝑ ꝯsequens cōseruare aliquid est efficere seu ꝓducere illud. quare ⁊c̄. ¶ Secūda est ꝙ oīs productio alicuiꝰ ⁊ nō ex subiecto est creatio. bñ tamē verum est ꝙ noua ꝓductio alicuius ⁊ non ex subiecto est noua creatio ⁊ ꝓductio talis que nō est noua sed ꝯtinua est ꝯtinua creatio. Et ita ex duabꝫ ꝓpōnibꝫ patet ꝙ conseruatio alicuius nō ex subiecto q̄uis non sit noua ꝓductio tñ est ꝓductio continua. ⁊ ꝑ ꝯñs q̄uis non sit noua creatio tñ est creatio ꝯtinua. ¶ Unde pro maiori intellectu p̄dictoꝝ sit hec tercia ꝓpō ꝙ q̄uis isti termini productio ⁊ ꝯseruatio pro eodem supponant vt iam dictum est tamen diuersa connotant. ⁊ etiam productio se habet in plus q̄ conseruatio. quia iste terminus productio dicit̄ generaliter de illo quod est ab alio siue de nouo siue non. cōseruatio ꝟo solum dicitur de illo quod est ab alio ⁊ nō ꝺ nouo sic ꝙ non sit ab eo primo sed priꝰ fuit ab eo. ⁊c̄. ¶ Ex his omnibus sequitur q̄rta ꝓpositio ꝙ hec cōseq̄ntia nō valet hoc incipit creari ḡ hoc incipit ꝓduci Nec ista. h̄ de nouo creat̄ ḡ de nouo ꝓducit̄. Patet qꝛ añs est verum de accidente eucharistie immediate post ꝯsecrationē panis. ⁊ ꝑ ꝯñs ꝺ eodem est falsum. igit̄ ⁊c̄. ¶ Quinto ad ꝑncipale arguitur sic. Approximetur hostia consecrata igni certum est ꝙ ibi producetur calor et tamen non in subiecto. Sed

non est negandū q̄ ille calor ꝓducatur ab igne cum hoc appareat sensui ꝛ fides nō cogat illud negare. igit̄ ignis creat ibi calorē. ꝛc̄. ¶ Sexto arguit̄ q̄ creatura annihilat q̄ approximet̄ hostie ꝯsecrate aliq̄ agens naturale corruptiuum albedinis certū est q̄ illa albedo destruet̄ ꝛp ꝯnis annihilabit̄ Sed nō est negandū illā destructionē seu annihilationem esse ab illo agēte naturali cū hoc appareat sensui ꝛc̄. sicut immediate arguebat̄ igit̄ ꝛc̄. Sed ad hāc rōnem rn̄det Ockam in q̄rto dupliciter Uno mō q̄ accidens sepatū nulla ꝑtute creata pōt corrumpi. q̄ hoc esset p annihilationē. ꝛ nulla creatura pōt annihilare sicut nec creare ꝛ istaꝫ rōnem ipse simpl̄r tenet in scō. q. v. ꝛ in secūdo q̄li. q. nona. Sed ꝫ eā est rō iaꝫ facta de apparentia sensus. Aliter respondet q̄ creatura pōt annihilare licet nō creare. ꝛ rōnem diuersitatis assignat quā trāseo causa breuitatis. Etiam q̄ ista rō cōcedit ꝓpositum de annihilatione. ¶ Sꝫ contra eā arguo ꝓbando q̄ si creatura in casu posito annihilat q̄ō etiā creat. q̄ experientia docet q̄ si corrumpit̄ in eucharistia aliqua qualitas ibi alia introducit̄ ad pūtiaꝫ eiusdem actiui ad cuiꝰ pūtiam corrūpebat̄ prima. Et ita dicendū q̄ ab eodē actiuo ꝓducitur secūda a quo destruebat prima. vt si ab igne destruit̄ frigiditas ab eodē introducit̄ caliditas. Et ista secūda ita bñ est sine subiecto sicut ꝑma maxime si non ponatur quātitas distincta a qualitatib⁹ sic̄ iste Ockam ponit. Igit̄ si agēs creatū annihilat vt ꝓbatum est. ꝛ ab isto ꝓcessū sequit̄ q̄ etiam creat. ꝛ sic patet ꝯclusio. ꝛc̄. ꝑ

¶ Sed contra p̄dictā ꝯclusionem exprese videnᵗ esse quedā autoritates sanctoꝝ ꝛ doctoꝝ. ¶ Prima est Augustini sup Gen. ꝑv. de magnis et. xxj. de ꝯnis. Angeli nullā oīno pūt creare naturā. ꝛ ibidē ca. xx. Creare aliquā naturaꝫ tā nullus angelꝰ q̄ꝫ nec seipm creare pōt. Si g̃ non pōt angelꝰ nec aliqua inferior creatura. ¶ Scōa est Damas. ca. xviij. Qui dicunt angelos esse creatores alicuiꝰ nature sunt oēs filij diaboli. ¶ Tercia Athanasij li. suo cōtra arriū. ponentē. ss. esse creaturā. Creaturā creatricē esse nō posse nulli oīno esse estimo ambiguum. ¶ Quarta Hugonis de sacramentis li. ꝑmo. ꝑte. vj. ca. vlti. De nihilo facere aliq̄d siue de aliq̄ nihil solus deꝰ potest Vulte alie possent induci sed iste videnᵗ magis exp̄sse. ¶ Ad istas autoritates et oēs similes p̄t rn̄deri q̄ intelliguntur de potētia naturaliter ordinata ꝛ creature naturaliter indita. ꝛ sic sunt ꝑ secunda ꝯclusione. sed per eas non negat̄ quin creatura possit creare vel annihilare de potētia simpl̄r absoluta ꝛ facto aliq̄ miracl̄o p̄ter vel ꝫ potentiā naturaliter ordinatā. ꝛ hoc non est cōtra p̄dictam terciā ꝯclusionez. Uel aliter pōt dici q̄ nulla creatura pōt creare vel annihilare autoritatiue se sola ꝛ virtute ꝓpria. sicut ponit ꝑma conclusio. ꝛ sic p̄nt intelligi predicte autoritates de q̄cunq̄ potentia siue ordinata siue absoluta. sed tunc non sunt cōtra terciam conclusionem. Hec de secundo articulo.

Q. ¶ Quantū ad tercium articulus videndū est vtrū sacramenta legis noue sint ꝓfectiora sacramētis legis antique. Circa q̄ō tria videnda sunt ꝓmo q̄ sit sacramēti diffinitio. Scō q̄d antiq̄ⁱ ꝓferebat circūcisio. Tercio ex his patebit huiꝰ articuli rn̄sio. ¶ Ad videndū cm̄ differētiā sacrorꝝ veteꝝ ꝛ nouoꝝ ꝑus est videndū de circūcisione vtꝝ ipsa ꝓferebat gr̄am. q̄ de hoc tāgit mgr̄ in ꝑma distinctione huiꝰ q̄rti. ꝛ tercia rō añ oppositum q. ¶ Primo igit̄ circa diffinitionē sacramēti notandum est q̄ ꝑm Arestoti. ij. posterioꝝ duplex est diffinitio. Una est exp̄mens q̄d rei. Alia exp̄mēs q̄d noīs Primo modo nihil diffinit̄ nisi sit res vna. ꝛ si sit vna vnitate ꝯpositionis ꝓtium diuersarū rōnuꝫ sicut materie ꝛ forme. tūc ꝓprie diffinit̄ ꝑ genus ꝛ differentiā essentialem. que diffinitō vocat̄ diffinitio q̄ditatiua. Si ꝯo sit res simplex sicut angelus vl̄ aīa aut res vna vnitate ꝯpositōis ꝓtiū eiusdem rōnis sicut caliditas vl̄ frigiditas tūc non pōt diffiniri diffinitiōe quidditatiua. sed bene diffinitione descriptiua que dat̄ ꝑ genus ꝛ differentiam vel differentias accidentales ꝛ ꝑ mlt̄os ꝓceptus q̄ꝫ q̄libet ē in plus ꝛ totum in eque. Scō aūt modo ꝓt omne vniuersale diffiniri q̄cq̄d significet̄ recto vel in oblq̄. eo q̄ ꝑ noī noīe pūt poni noīa distincte significantia illa q̄ significātur ꝑ vnū nomē. ¶ Ad ꝓpositū ergo dico q̄ sacramentuꝫ non pōt ꝑmo mō diffiniri. q̄ non est aliqua res vna. ꝛ hoc requiritur vt diffiniat̄ illo modo. sed bene diffinitur secundo modo. scilicet diffinitione q̄d noīs.

Et sic diffinit magister sacramētū q̄ est inuisibilis gratie visibilis forma. Et Augu. x. de tri. ca. v. Sacramentū est sacre rei signū ¶ Scdo notanduz est q̄ Scotus. ij. q. quarti exponendo p̄dictā diffinitionem mgr̄i diffinit sacramentū sic. Sacramētū est signū sensibile gr̄am dei vel effectū dei gratuitū ex institutione diuina efficacit̄ signans ordinatū ad salutē homīs viatoris Et in hoc q̄ dicitur efficaciter includit̄ taz certitudinaliter q̄z prenostice. Et ꝑm h̄ vt dicit est intelligēda diffinitō magistri. Uñ cum in ea ponit̄ forma debet intelligi ꝓ signo. sicut ymago Herculis dicitur forma eius. Q̄ aūt dicit̄ visibilis. capit̄ ibi ꝓ sensibili cuiuslibet sensus. qz visus est excellētior oī sensu ⁊ pluriū differentiaꝝ ꝯgnoscitiuus ꝑm ph̄m p̄mo metha. Ponit̄ aūt ibi inuisibilis gr̄a ꝓ effectu dei gratuito interiori ordinato ad salutez hoīs viatoris. Nō em̄ oportet q̄ semp̄ res sacramenti sit gr̄a existens in anīa. sicut patet in eucharistia. Debet etiam in dicta diffinitione suppleri ex institutione diuina contra signū signās naturaliter. ⁊ efficaciter contra signū equiuocum seu dubiū ⁊ cōtra signum sequens naturaliter signatū. ¶ Tercio notandum est q̄ Ockam p̄. q. q̄rti diffinit sacramentū q̄ est signum signans effectū dei gratuitū. Et dicit q̄ hec oratio non predicat̄ mō nisi de sensibilib⁹. si tñ deus institueret spūalia ad signandū dei effectū gratuituz tunc illa eis ꝯpeteret sicut modo sensibilib⁹. ideo in illa diffinitione nō ponit̄ sensibile vt possit esse cōis tam sensibilibus q̄z spūalibus q̄bus potest diffinitū ꝯpetere. Et in hoc bñ dicit vt mihi videtur ⁊ valde ꝯcordat cuz illa diffinitōne Augustini. sacramentū est sacre rei signum. intelligēdo ꝑ rem sacram effectū dei gratuitū. Sed tñ diffinitio scoti videt̄ ꝯpletior ⁊ magis circumstantionata ad differentiā signoꝝ q̄ nō sunt sacramēta. R ¶ His p̄missis ponam tres ꝯclusiones. Prima est q̄ licet possibile sit d̄o de potentia absoluta culpam delere originalē aut aliam quālibet mortalē sine infusione gratie vel collatione cuiuscūq̄z positiui vere repugnātis illi peccato. vtputa originalis iusticie. tamen de potentia ordinata hoc non est possibile. Primā ꝑtem diffuse ꝓbat Scotus sup̄ q̄rto. q. v. Et stat p̄ncipale motiuū in hoc. q̄ aliquis potest fieri de peccatore nō peccator per solam liberam dei acceptationē. et licet circa istā materiam plura possint dici tamē transeo. qz de his magis spectat videre supra p̄mū librū in materia de gratia. Scd̄am ꝑtez cōclusionis q̄ magis est ad ꝓpositum ꝓbo sic qz licet absolute sine ꝯtradictione possit eē mediū in specie humana inter filiū regni ⁊ filium ꝑditionis scilicet homo in purꝫ naturalibus. tamen ꝑm legem ordinatā post lapsum nullum est mediū inter gratuz qui est filiꝰ regni ⁊ ingratū seu peccatorē mortalē qui est filius carceris. igit̄ ꝑm legē ordinatam nō est possibile q̄ aliq̄s sit sine peccato mortali ⁊ non habeat gr̄az. qz ꝑm augustinū. xv. de tri. ca. xix. Gratia est q̄ diuidit filios regni ⁊ ꝑditionis. q̄re ⁊c̄. S ¶ Secunda cōclusio est ista q̄ sicut in circumcisiōe delebat̄ originalis culpa. sic in ea conferebatur gratia. Prima pars supponenda est tanq̄z doctrina sanctoꝝ. et etiam ad hoc est ratio. qz nullo tempore deus dimisit genus humanū. ⁊ maxime illos quibus dedit legem sine remedio cōtra peccatum ⁊ necessario ad salutē. sed in lege moysi non videtur aliud remediū ꝯtra originale peccatum nisi circumcisio. igitur. ⁊c̄. ¶ Sed circa secundā ꝑtem ꝯclusiōis sciēdum est q̄ d̄ ea est duplex opinio Quidam dicunt q̄ de facto in circumcisione delebatur culpa originalis ⁊ non ꝯferebatur gratia. Et hoc dicunt ꝓpter autoritates que vident̄ negare gratiam a sacramētis ve. le. sicut est illa glosa ad Ro. iiij. q̄ dicit q̄ in circumcisione peccata solum dimittebantur sed gr̄a ad bñ opandū adiutrix nō p̄stabat̄ Et illa autoritas Augusti. sup̄ ps. vij. vbi dicit q̄ sacramēta ve. legꝫ tm̄ ꝓmittebant ⁊ significabāt. hec aūt dant salutē. scz sacramenta noua. Alij autem dicūt q̄ p̄ncipal'r instituta fuit circūcisio ꝓpter deletionē culpe originalis ex ꝯñti ad gratiam ꝯferendā ⁊ ꝓ tanto dicitur nō ꝯferre gr̄am qz non ex p̄ncipali institutione sed concomitāter. ¶ Cōtra p̄mā opinionē apparet satis ex secuda ꝑte p̄me ꝯclusiōis q̄ in circūcisiōe cōferebatur gratia. ⁊ ad hoc etiam sunt autoritates p̄ma Augustini in libro de nuptijs ⁊ ꝯcupiscentia. ⁊ ponit̄ de ꝯse. dis. iiij. Ex q̄ instituta est circūcisio ad purgationē peccati veteris valebat magnis ⁊ ꝑuulis sicut baptismus valere cepit ex quo institutus

est quod non esset nisi conferret gr̃a. Item Beda sup illud Luce.ij.postq̃ ꝯsummati ꝛc̃.salutifere curationis auxiliũ circũcisio in lege agebat qd̃ baptismus tpe gratie cõsueuit.igitur ꝛc̃. ¶ Sed cõtra secundam opinionẽ ꝓbat̃ ꝙ in circũcisione intẽdebat̃ gratia.quia agens ꝑm rectam rõnem ꝑncipalius intendit ꝑfectionem q̃ carentiam imꝑfectionis.quia non intendit illam carentiam nisi ꝓpter ꝑfectionẽ.igit̃ ꝛc̃. Tercia ꝯclusio est ꝙ licet sacramenta noua sacramentis antiq̃s sint ꝑfectiora tamẽ hoc non est ideo qꝛ in solis sacramentis nouis conferat̃ gratia. ¶ Prima pars patet.quia legis ꝑfectioris sacramenta sunt ꝑfectiora Sꝫ secũda ꝑs patet.qꝛ etiam in antiq̃s sacramentis conferebat̃ gratia sicut iam ꝓbatum est de circũcisione.igit̃ ꝛc̃.

T ¶ Hic est ergo dubitatio in q̃ sacramenta noua sunt alijs ꝑfectiora cũ in alijs conferebat̃ gratia sicut confertur in istis. Item q̃d dicendũ ad autoritates supra tactas que vident̃ negare gratiaꝫ a sacramẽtis antiquis. ¶ Pro solutione istoꝝ notanda est q̃dam distinctio quam ponit Scotus.s.ꝙ sacramentũ potest capi ꝓprie ꝛ improprie. Modo in lege moysi fuerũt multa sacramẽta improprie dicta.sicut purgationes ab immũdicijs ꝯtractis. vt a tactu mortui ꝛ a lepra ꝛ sic de alijs. Erant etiam ibi q̃dam sacramenta improprie dicta alia a predictis tamen plus accedentia ad ꝑfectionẽ sicut erãt oblatiões hostiaꝝ.hec em̃ pertinebant ad cultuꝫ latrie pro tpe illo q̃ deꝰ sic voluit coli. Et iste scꝫ purgatiões et oblationes dicebant̃ cerimonie vl̃ cerimonialia sacramenta Et de istis potest ꝯcedi ꝙ nõ dabãt gr̃am tanq̃ signa efficacia respectu gr̃e modo q̃ expositũ est efficaciter ĩ diffinitiõe sacramẽti.imo etiã dixerũt aliq̃ ꝙ nec in illis ꝯferebat̃ gratia ꝑ modũ meriti.sed istud videtur nimis durũ ꝙ aliq̃s ex obedientia seruet dei ꝑceptum cuiusmodi erant ꝑcepta de ꝑdictis cerimonijs in lege ꝛ tñ ꝙ nõ mereat̃ gr̃am vel augmẽtuꝫ eius si eã habeat ꝑus.g̃ licet in illis non ꝯferret̃ gr̃a ex virtute opis opati sicut fit in sacramentis ꝓprie dictis.tñ in illis ꝯferebat̃ virtute opis opantis.i.ꝟtute boni motus interioꝝ tanq̃ meriti. Sꝫ preter illa adhuc in lege erat circumcisio que fuit proprie sacramentũ,in ea em̃ cõferebat̃ gratia virtute operꝫ operati ita ꝙ non requirebatur in suscipiente bonus motus interior qui mereretur gratiam.sed sufficiebat ꝙ suscipiẽs eam non poneret se obicem. Et si sint aliqua dicta sanctorum aut doctorum negãtia gratiam a sacramentis antiquis loquẽdo non solum de sacramẽtis improprie dictis sed etiam de circumcisiõe.illa possunt tripliciter intelligi ꝑm triplicem comparationem perfectionis sacramentorum nouorum supra antiqua sacramenta.

U ¶ Primo modo potest intelligi ꝙ circumcisio non conferebat gratiam nec alia sacramenta antiqua.id est paruam gratiã conferebant respectu baptismi et aliorum nouorum sacramentoruꝫ. ¶ Secũdo modo potest dici ꝙ non conferebant gratiam scꝫ que esset immediata dispositio ad gloriam.quia illa gratia non aperuit ianuam regni.sed hoc non fuit ex defectu illoruꝫ sacramentorum.sed quia fluxerunt tempore quo nondum erat precium solutum. id est ante passionem christi. Unde ita fuissꝫ tũc de sacramentis nouis. Nam licꝫ omnia sacramenta tam noua q̃ antiqua habuerũt efficaciam a solo deo tanq̃ a causa principali.tamen a christo patiente siue a passione christi habuerũt efficaciam tanq̃ a causa meritoria sicut probat Scotus ĩ quarto.ꝑ.questi.ij.distinc. Modo sicut ipse dicit ibidem quia obsequium iusticie de facto exhibitum ad maius acceptatur q̃ ipsum solum preuisum. Trinitas vero in sacramentis antiquis conferebat gratiã merito passionis christi tanq̃ ab ea preuiso. ipsa autem nunc in sacramentis nouis cõfert gratiam merito passionis christi tanq̃ iam exhibito. Ideo maiorem efficaciã habent sacramenta noua q̃ antiqua. Et etiã noua maiorem habuerunt efficaciaꝫ post christi passionem q̃ ante.quare perfectiora fuerũt post q̃ ante. ¶ Tercio modo potest intelligi ꝙ circumcisio non conferebat gratiam.quia non vniuersaliter cuicunq̃ suscipienti.ipsa enim forte ex sua institutione determinabatur ad certum gradum gratie ita ꝙ vltra illum non conferebat.et si tantum gradum inueniebat in suscipiente nihil conferebat eidem. Et iste vltimus modus apparet de intentione magistri. Unde cum ipse dixerat ꝙ in circumcisione gratia non dabatur,statim ipse subdit

vt in baptismo. Et causam reddit. quia q̄n tumcunq; iustus accedit ad baptismum. vlteriorem ibi accipit gratiam supple nisi tantum habeat q̄ maiorem habere nō possit sed sic non erat de circūcisiōe. Uñ abrahe iam iustificato signaculū tantū fuit ⁊ nihil ei cōtulit supple ꝑ moduz sacramēti. q̄ iam habebat illū gradū ad quem determinata erat circūcisio ⁊ ad quē poterat ꝟtute opis operati. sed tñ ei bene ꝯtulit virtute opis opantis. quia credendū est q̄ act⁹ circūcidendi ex obedientia dei ⁊ caritate ꝓcedens fuit ei valde meritorius sicut īmolatio ysaac Licet ergo in circumcisione non semꝑ daret̄ gratia tamē ipsa erat verum et certuz signū gr̄e. vel in fieri si nō erat obex. vel in esse sicut in Abrahā. ⁊ ita de circūcisione ⁊ baptismo christi. X ¶ Ex predictis patet q̄ sacramenta noua tripl'r perfectiora sunt antiq̄s sacramentis. sed adhuc quarto sunt ꝑfectiora. quia licet omnia sacramenta sint instituta a deo tamē antiq̄ a deo instituta fuerunt mediante alio. quia ꝟm apostolum lex per angelos data est in manu mediatoris. Noua vero sacramenta a christo vero deo īmediate instituta sūt vt de singulis patet. De baptismo Matthei vltimo Ite baptizantes ⁊c̄. De eucharistia Matthei vicesimosexto. in cena. De confirmatione Johannis vicesimo. Accipite spiritumsanctum ⁊c̄. vel Actuum secundo. De penitentia Johānis vicesimo. Quorum remiseritis peccata ⁊c̄. De extrema vnctione non apparet vbi fuerit instituta. tamen Marci sexto legitur q̄ apostoli vngebant infirmos ⁊c̄. quod non fecissent nisi ex institutione christi. De matrimonio Marci octauo apparet q̄ christus approbat illud quod deus in statu innocētie per os Ade publicauit. De ordīe Matthei vicesimosexto. Hoc facite in meam ⁊c̄ Et Johannis vicesimo. Quorum remiseritis peccata ⁊c̄. Et hoc verum est ꝟm thomam et Scotuz. Quod tamen non tenet dominus Armanacus libro suo de questionibus armenorum Sz de hoc ⁊ de alijs in suis locis videbitur.

Et hec de tercio articulo. Ad rationes ante oppositum patet ex dictis quid dicendū sit ⁊c̄. ¶ Et hec de questione.

¶ Questio secunda.

A

Q Quia in secunda distinctione huius q̄rti magister incipit tractare in speciali d̄ baptismo christi ideo quero Utrum baptismus christi sit ad salutē necessari⁹ cuilibet viatori. ¶ Arguit̄ primo q̄ nō. Null⁹ baptismus christi est ad salutem necessari⁹ viatori. igitur q̄stio falsa. ꝯña est clara Et añs patet ꝑmo de necessitate absoluta. q̄ clar̄ est q̄ deus possit de potētia absoluta saluare aliquem non baptizatū. Scd̄o d̄ necessitate ordinata. quia clarū est q̄ de lege ordinata baptismus fluminis nō est ad salutē necessari⁹ viatori. Nā ꝑ baptismum sanguinis p̄t saluari. sicut patz de innocētib⁹. ⁊ ita arguit̄ de quolibet baptismo inductiue. igitur nullus ⁊c̄. ¶ Scd̄o arguitur sic Qui baptisati fuerūt baptismo Johānis nō tenebant̄ iter̄ baptisari baptismo christi igit̄ ⁊c̄. ꝯña est clara. ⁊ añs patz ꝑ mgr̄m in fine secūde distinctōis. vbi dicit. q̄ spem posuerūt in baptismo Jo. ⁊ pa. ⁊ fi. ⁊ ss. credebant nō sunt postea baptisandi. ¶ Tercio sic Circūcisio aliq̄ñ sufficiebat ad salutē. q̄ ⁊ peccatū delebat ⁊ gr̄am ꝯferebat vt dictū est in p̄cedenti q̄stione. ¶ Sed xp̄us ꝑ institutionez baptismi nō euacuauit nec reuocauit circūcisionē. Tum ꝑmo q̄ ipse dicit Mat. v. Non veni soluere legē sz adimplere. Circumcisio aūt data fuit in lege Gen̄. xvij. Tum secundo. q̄ Gen̄. xvij. data fuit Abrahe circūcisio in fedus sempit̄nū. ergo semꝑ mā̄sura. Tum tercio. q̄ de⁹ instituit circūcisionē. nec apparet vbi eā reuocauerit. imo xp̄s eā seruauit toto tꝑe vite sue. nec alius a deo pōt aut potuit eā reuocare. igit̄ ipsa adhuc sufficit ad salutem. ⁊ ꝑ ꝯñs non est necessarius baptism⁹ ⁊c̄. ¶ Oppositū patet Joh. iij. Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua ⁊c̄. In ista q̄stione erūt tres articuli sicut in alijs. ¶ In primo articl'o videbitur q̄ sit baptismi diffinitio ¶ In secundo articulo videbit̄ de p̄ncipali quesito. ¶ In tercio articulo vtrū ꝑ institutōez baptismi euacuata sit circūcisio. q̄ de isto tangit̄ in tercio argumento añ oppositū q.

B ¶ Quantū ad primū articulū ponēda ⁊ exponēda est baptismi diffinitio q̄ ꝟm doctores pōt dari sic. ¶ Baptism⁹ est ab/

D ¶ Quantum ad secundum articulū in quo videndū est Utrū in baptismo gr̄a infundatur. qꝛ ita posset queri de alijs vir tutib⁹ ponam tres ꝯclusiones. Prima ē ꝙ cuilibet rite suscipienti baptismū infun/dit̄ gratia. ¶ Secunda ꝙ cuilibet rite su/scipiēti baptismū infundunt̄ alie virtutes theologice siue sup̄naturales. scilicꝫ fides et spes. ¶ Tercia ꝙ nulli quantūcunqꝫ ri te suscipienti baptismū infundunt̄ v̄tutes morales. Et istas tres ꝯclusiones declara bo ꝑ ordinem. ¶ Prima igit̄ ꝯclusio ꝓbat̄ sic. Et intelligendo đ illo suscipiēte q̄ añq̄ꝫ suscipit nō habet gr̄am. tunc de tali arguit̄ quia sibi dimittit̄ mortalis culpa. igitur ei infundit̄ gr̄a. Añs patet. ⁊ ꝯña patet ex pri mā ꝯclusione tercij articuli prime. q. qꝛ de lege ordinata non dimittit̄ mortalis culpa sine infusione gr̄e. Et aduertēdū est ꝙ hec ꝯclusio est intelligenda prout li rite impor tat dispositionez baptisati q̄ nō requiritur necessario ad esse sacramēti sed ad bñ eē cū ceteris necessario req̄sitis. qꝛ si ly rite īpor taret solum dispositionē necessario requisi tam sacramēti. sic nō oportet ⁊c̄. sicut patet in multis malis rite baptisatis quo ad ne/cessaria. igit̄ ⁊c̄. ¶ Secunda ꝯclusio ꝓbat̄ scilicet ꝙ alie virtutes puta fides ⁊ spes in fundunt̄ in baptismo rite suscepto ad sen/sum iam expositū. Pro cuius declaratione pono aliquas ꝓpōnes. ¶ Prima sit hec. Ex gratia de potentia dei absoluta pōt infun/di sine alijs v̄tutib⁹ theologicis scilicꝫ fide ⁊ spe. Patet. qꝛ caritas est q̄d absolutū qđ non dependet a fide ⁊ spe. igit̄ ⁊c̄. ¶ Secū da ꝓpositio. ꝙ nō potest efficaciter probari ꝑ rōnem vel autoritatē ꝙ gratia de lege or dinata non potest diuidi seu non infundit̄ in baptismo sine alijs virtutibus theologi cis scꝫ fide ⁊ spe. Patet ꝙ nō per rationem quia cum oppositum absolute possit fieri ñ videtur posse fieri ratio efficax ad proban dum ꝙ non fiat vel nō possit fieri đ lege or dinata nec aliqua solet adduci. Patet etiaꝫ ꝙ non per autoritatē. quia ille autoritates qui nō crediderit cōdemnabitur Mar. vl timo. Ad hebreos. xj. sine fide impossibile est placere deo Et si que sint similes q̄ pos/sent induci ex biblia possent om̄es intelli/gi de adultis non de paruulis. Autoritas etiam ecclesie extra de trini. et fide ca. li. vij nō videt̄ cogere. qꝛ nō videtur ibi đtermīa re simpliciter ita esse. sed dimittit autorib⁹ disputantibus. igitur ⁊c̄. ¶ Tercia propo sitio est Ex probabilius est q̄ꝫ oppositum ꝙ gratia đ lege ordinata nō potest infūdi seu

nō infundit in baptismo sine fide z spe patet. quia non videt rōnabile q deus vnam infunderet sine alijs. z ꝓmuniter doctores tenēt q omnes infundunt in baptismo etiaz puuloz̄. z ad hoc magis declinat autoritas ecclesie vbi supra. Et sic ex hoc patz cōclusio intuenti. ¶ Tercia cōclusio probatur scz q virtutes morales nate acquiri ex actibz non infundunt in baptismo de cōmuni lege. quia aliquis ante baptismū habens habitus morales vicioſos q̄z quis rite baptiset tamē sentit se ꝓnum ad vicia consueta sicut prius. igit tunc manet habit⁹ inclinans ad talia peccata. ¶ Sed nō videtur q deus infundat vnum habitū et non expellat habituz ꝓtrariū. igitur zc. Hec valet ratio quoz̄undā dicentium oppositū cōclusionis ꝓpter hoc q deus non minus perfecte opatur in operibz gratie q̄z nature. sz non inuenit q deus in naturalibz det primū principium aliquoz operū nisi det oīa necessaria ad illa opa. sicut natura nō dat virtutem vel potentiā ꝓgressiuam nisi det organa zc. modo habens gratiam siue caritatē habz ꝓncipiū oīm opez meritoriozque non pōt exerceri sine virtutibus moralibus. igitur zc. Hec eīm ratio assumit falsa. pro quo dico aliquas ꝓpositiones.

¶ Prima est q sepe contingit in operibus nature q deus dat principium alicui⁹ operationis. z tamen non dat actualiter necessaria ad illam opationem. Exemplū. deus creando hominē dat sibi principiuz respectu alicuius sciendi z volendi quia intellectum z voluntatē. z tamē nō oportet q det sibi tunc habitus p quos potest et sine quibus non pōt faciliter in talia opa. sed sufficit q det sibi potestatem acquirendi tales habitus. sic est in ꝓposito zc. ¶ Secūda ꝓpositio q tunc cōmuniter deus dās alicui nature ꝓncipium alicuius opationis dat etiam necessaria ad illam. q̄n scilicet illud principiū est ex se sufficiens ad talia exercēda sicut est in illo exemplo de virtute pgressiua. sic autem non est in ꝓposito. ¶ Pro q̄ sit tercia ꝓpositio q caritas infusa saltez cū caritate acquisita est sufficiens ꝓncipiū cuiuslibet opis meritoriq̄ sine virtutibus moralibus. quia caritas inclinat imediate ad actū cuiuslibet virtutis. Ideo dicit Greg. q omnia precepta sunt vnum in radice caritatis. Et hoc modo etiam virtutes sunt connexe in caritate. quia caritas inclinat ad actum cuiuslibet earū licet non ita ꝓmpte z expedite sicut cum alijs virtutibus. igit zc. ¶ Ex his sequitur correlariū solutiuū vnius obiectionis scz q licet deus in baptismo infundat virtutes in pte intellectiua z non in pte sensitiua. q̄ virtutes dicuntur morales. tamē deus perfecte sanat hoiem in baptismo quia dat omnia necessaria ad salutē. Nam ille virtutes morales nō sunt necessarie ad salutem. dat etiā homini vñ potest tales virtutes acquirere zc. F

¶ Contra ꝑmam conclusionem z secundam arguitur ex tercia. quia tam incōpossibilia sunt amor habitualis z odiuz habituale respectu eiusdem obiecti q̄z incōpossibilia sunt fides z scientia respectu eiusdē obiecti. sed fides z scientia non stant simul respectu eiusdem obiecti. igitur nec prima Sed habens habitum acquisitū odiendi deū non obstante tali habitu potest nihilominus habere vnū actū quo potest diligere deū z velle baptisari. et sic rite suscipere baptismum. z tamen tunc nō pdit habituz odiendi ꝑus habitū p predicta in tercia cōclusione. igitur nō recipit gratiā siue caritatem propter incōpossibilitatē caritatis z odij habitualis. Et ita posset argui de alijs virtutibz theologicis. ¶ Et si dicat q isti habitus non sunt incōpossibiles. quia vn⁹ est infusus z alter acquisitus. Contra. illi habitus sunt incōpossibiles quoz̄um act⁹ sunt incompossibiles. aliter nō potest pbari incompossibilitas habitū sed act⁹ istoz̄um habituuz sunt incōpossibiles. igit zc. Item aut habitus infusi in baptismo sunt eiusdem speciei cum acquisitis aut diuersarū. Si diuersaz. tunc cum habitus infusus sit perfectioz inclinabit ad pfectiozem actum. z pfectius inclinabit q̄z habit⁹ acq̄situs. et p ꝓns cum acquisitus inclinet ad actum omni alio circūscripto ergo multo magis habitus infusus zc. ergo puul⁹ poterit in actum fidei. Si aūt sint eiusdē speciei tunc poterunt facere infusi quicqd faciunt acquisiti. quod patet falsum de puulo vt prius. Itē querit quare ponit q virtutes theologice in baptismo infundūtur cum habitus inclinet ad actus quos paruuli habere nō possunt. vident igit frustra

¶ Ad primum dico q illud primū assumptum z similia debent intelligi de habitib⁹

acquisitis. et sic sunt vera. alias nō. quia in illis tanta est repugnantia habituū quanta actuū. quia acquirunt̄ ⁊ augmentant̄ ex actibus. sed vnus infusus ⁊ alius acquisitus non repugnant. sicut fides infusa et scientia non repugnāt. quia habitus infusus non requirit̄ ex actibus nec augmētat̄. sed solum se habet actiue ad actus ¶ Et quādo dicit̄ actus sunt incōpossibiles igit̄ habitus. ꝯsequentia non valet nisi solū de habitibus acquisitis per actus. ¶ Ad secundum dico ꝙ habitus infusi distinguuntur specie ab acquisitis. sed non sequitur vltra igitur magis inclinant ad actus q̄uis sint ꝑfectiores. sed bene sequitur ꝙ quando cōcurrunt ad actū faciunt ipsum ꝑfectiorez. ¶ Ad tercium dico ꝙ illi habitus licet nō valeant ad eliciendū actus tempore instāte tamen valebunt qñ erit adultus. qꝛ tūc per illos poterit in opa meritoria mediantibus acquisitis ⁊ valent sibi quocūq; tempore vt ostendatur diuisus a filijs ꝑditōis ⁊c. Et hec de secundo articulo.

H ¶ Quantum ad tercium articulū in quo videndū Utrum in baptismo omnis culpa et pena dimittatur ponam tres conclusiones. ¶ Prima erit de culpe dimissione. ¶ Secunda erit de pene remissione. ¶ Tercia erit de ꝑncipalis quesiti solutione. ¶ Prima igitur conclusio sit ista ꝙ cuilibet rite suscipienti baptismū omnis culpa tā mortalis q̄ venialis dimittit̄. Et intelligo ꝑ rite suscipientem illum qui nō ponit se obicem scilicz q̄ penitet de peccat̄ ⁊c. ¶ Pro declaratione huius ꝯclusionis ponam aliquas ꝓpositiones. ¶ Prima sit hec ꝙ non ideo in baptismo dimittit̄ culpa qꝛ in ipso infundatur gratia culpe contraria. et ipsius tanq̄ sui ꝯtrarij expulsiua contra aliquos qui ꝓbant ꝑdictam conclusionez ꝑ hoc quia in generatione qualibet per inductionem vnius forme omnis forma cōtraria expellitur ⁊ etiam dispositio ad formam ꝯtrariaz. sed baptismus est generatio ad vitam eternā. ⁊ culpa et gratia sunt contraria. igitur in baptismo infusio gr̄e tollit culpam originalem actualem ⁊ venialē ⁊c. Hec enim ratio non valet. Tum quia petit principium. nam magis clarum est ꝙ in baptismo culpa dimittat̄ q̄ ꝙ gratia conferatur Tum etiam. quia non ꝓbat de peccato veniali cum ipsum stet cum gratia. sz vlterius hec ratio assumit falsum. ¶ Pro quo sit secunda ꝓpositio ꝙ gratia et peccatum sine culpa non sunt ꝓprie contraria. qꝛ gratia quo ad omne illud quod est in ea positiuū ⁊ absolutū potest stare cum qualibet culpa. ⁊ hoc ꝺ potentia dei absoluta. sz tūc nō esset gratia id est nō faceret tunc aliquē esse gratū deo. Ex igit̄ gratia repugnet culpe non est naturaliter sz libere scilicet ex voluntate dei libere acceptantis talem qualitatem vt faciat aliquē gratū cum q̄ nō stat ipsum esse in peccato. sic̄ non stat ꝙ sit amicus ⁊ inimicus dei. ¶ Tercia ꝓpositio est. ꝙ non potest probari naturali ratione sed solum debet credi simplici fide omnez culpā dimitti in baptismo. Ex debet credi patet. quia creditur ꝙ rite baptisatus siue digne est dignus vita eterna. sic ꝙ si decederet tunc statim haberet eam. Ideo ⁊c. Sz ꝙ illud non possit ratione ꝓbari patz. quia supposito ꝙ forma gratie formaliter repugnaret actui peccati vel habitui vicioso ꝑsenti. quod tamen falsuz est. adhuc videtur clarum ꝙ non sic repugnat actui preterito qui nullum habitū relinquit. quia pri⁹ totaliter corrumpit̄. nec repugnat obligationi ad penam formaliter. Nam deus absolute posset manente obligatione ad penaz eternam infundere gratiaz ⁊ dimittere culpam sine iniusticia. sicut posset aliquē eternaliter punire sine demerito. licet illa punitio non esset ꝓprie pena quia pena ꝺꝛ respectu culpe sed ꝓprie diceret̄ dolor. H

¶ Ex predictis patz de ꝯclusione. Sz hic est dubium vtrum culpa originalis possit dimitti in baptismo sine culpa actuali. etiā in adulto videt̄ ꝙ sic. quia sic̄ pctm̄ contractum cum ꝯsensu non remittitur sine ꝯsensu. ita ꝯtractuz sine ꝯsensu remitti pōt sine ꝯsensu per vim sacramenti. Si ergo adultus suscipiens baptismū nō ꝯsentit nec dissentit ⁊ ꝯmisit pctm̄ actuale illud non dimittitur. quia ꝯmissuz cum ꝯsensu. igitur cum pctm̄ originale sit in eo ꝯtractum sine ꝯsensu videt̄ posse dimitti sine ꝯsensu virtute sacramēti. quare ⁊c. ¶ Ad istud dico ꝙ adulto non dimittitur pctm̄ origīale q̄n dimittatur actuale. Cuius duplex ratio assignatur de baptismo et eius effectu. quaꝝ vna est. ꝙ deus ex toto fac̄ bonum ⁊ non ex parte. ideo dic̄ Augustinus Impium ē a deo dimidiam sperare veniam. quia si de⁹

alicui dimittit aliquod peccatum mortale dimittit omnia que habet. Alia est. quia p remissionē originalis aperitur ianua paradisi z peccato actuali debet pena eterna. q̄re zc. ¶ Et ad argumentū in contrariū dico q̄ verum concluderet scilicz q̄ peccatū contractū sine consensu zc. nisi essz aliō impedimentū speciale quale est in adulto preter peccatū ꝓtractum sine cōsensu scz peccatū actuale sine quo nō potest dimitti aliud zc. Et intelligo ista de lege ordinata.

¶ Secūda conclusio de pene remissione sit ista. q̄ nulli q̄tumcunq̄ rite suscipienti baptismū remittitur omnis pena. Pro cuius declaratione sciendū est q̄ duplex est pena. Una eterna. Alia temporalis Et talis est duplex. vna voluntarie cōtracta. alia naturaliter inflicta. Juxta hoc pono aliquas ꝓpositiones. ¶ Prima sit hec q̄ pena eterna remittitur in baptismo. q; baptisatus redditur dign⁹ vita eterna. igit zc. Et hoc verum est de rite baptisato cui ante baptismū non est remissa. igit zc. ¶ Secunda sit hec q̄ pena tempalis voluntarie ꝓtracta. id ē debita pro peccato volūtario remittitur in baptismo Et hoc verus est in adulto rite baptisato cui nō est prius remissa seu qui añ susceptionē baptismi erat obligatus ad eā sed in paruulo baptisato nō remittit talis pena quia ad nullam talē obligatur zc. ¶ Tercia conclusio. pena temporalis naturaliter inflicta non remittitur in baptismo. quia talis pena que cōsequitur omnē homiez fm cōmunem cursum nature sicut esurire sitire z huiusmodi durat ita post baptismū sicut ante. Et hoc solū ex ordinatione diuina. quia posset opposituz facere si vellet. Et sic patz quomodo in baptismo remittitur pena z quō non. ℟

¶ Et predictis patet corrolarie q̄ licz nulla sit causa a priori. quare non licet iterare baptismū z q̄ si iteretur de facto nullū habet effectum nisi sola institutio diuia. tamē ista institutio est rōnabilis. quia aliter daretur occasio z incentiuum delinquēdi cū in baptismo sit plena remissio culpe z pene vt dictum est Unde nō valet illa ratio q̄m aliqui assignant scz quia in baptismo imprimitur caracter qui est indelebilis Naz hec est probatio per imanifestius. A principio em̄ institutionis baptismi manifestum fuit q̄ nō licuit iterari. q̄ autem caracter imprimatur non fuit nec est sic manifestū nec ex scriptura. nec ex autoritatibus sanctorū Unde si multum fuisset de eo tractatum a sanctis magister sententiaruz de eo fecisset mentionem. qui tamen de caractere in toto tractatu de baptismo non loquitur nisi in vno loco. vbi dic. q̄ ab hereticis baptisati sunt seruato caractere xpi baptisandi nō sunt. Jbi autem vocat caracterem xpi formam baptismi xpi sic patet ex textu. Et sic nihil loquitur de caractere fm illam significationē qua vtimur z de qua supra. quare zc. Pena autem iterantium baptismum tam ꝓferentiū q̄z suscipientiū est irregularitas. Extra ō apostat. Ex litera. nisi ignorantia facti excusset sic potest. Ut de ose. distin. iiij. de quib⁹ ignorantia iuris hic nō excusaret. Est etiam differentia si illa iteratō fiat publice vel occulte. quia in prima sol⁹ papa potest dispensare Jn secunda ꝙ forte potest episcop⁹ fm Scotum qui in hac materia inuebit ꝓtra canonistas nō semp bene attendētes formam verborum iuris. nec distinguentes dicta decreti quādo sūt a legislatore vel ab alio zc. ¶ Ex predictis ergo patet quare baptismus nō iteratur. s. quia ibi dimittitur pena. zc.

¶ Sed ꝓtra illud arguitur Quia sic nullū bonū irremuneratū ita nullū malū impunitum Si autem in baptismo remittatur pena zc tunc aliquod malum est impunitū quod est iniustum. ¶ Ad hoc dico primo q̄ nullum bonum meritoriū fit q̄ nō premiatur a deo. ¶ Dico secundo q̄ aliquod petim̄ fit quod nō punitur a deo sic ē in proposito. Et ꝙ est. quia deus est promptor ad remittendū et premiādum q̄z ad puniēdum. ¶ Dico tertio q̄ nullum petim̄ est quod nō puniat quia ipsummet est sibi pena. ¶ Dico quarto q̄ nullum petim̄ remanet impunitum a deo. quia quodlibet peccatum quod remanet punit a deo. sed in posito petim̄ nō remanet. Jdeo zc. ¶ Tercia ꝯclusio de pncipalis questiti responsione siue ad titulum questionis proposite respōsiua sit ista. q̄ nō omnes suscipientes baptismū equaliter recipiunt omnez baptismi effectū. ¶ Pro cui⁹ declaratione pono aliquas ꝓpositiones. ¶ Prima est q̄ oēs baptisati equaliter recipiūt primū effectuz baptismi. s. caracterez. quia ille est similis in oibus baptisatis. ¶ Secunda est q̄ non oēs

baptisati equaliter recipiunt secundū effectum baptismi scz gratiam .quia aliq̄ non recipiunt. ¶ Tercia q̄non omnes baptisati recipientes gratiam equaliter recipiunt eaz.quia aliqui plus z aliqui min⁹. ¶ Pro cuius probatione pono aliquas ꝓpositões

¶ Quarta propositio sit hec q̄ adult⁹ baptisatus recipiens gratiaz. maiorē recipit q̄z paruulus.quia adultus quantumcūq̄ habeat tenuem voluntatē dum tamē consentiat recipere sacramētuz z nō se ponat obicem ad gratiam habet meritū ꝓpriū qđ nō habet paruulus.ideo est magis dispositus quare ꝛc. ¶ Sed contra. Ponam⁹ q̄ adultus toto tempore baptismi z post peccz venialiter. videtur esse indispositus aliq̄ modo qualiter non est puulus qui nullam habet indispositionē.igitur in hoc casu puulus maiorem recipiet gratiam. ¶ Dic dico q̄ peccatum veniale nullo modo probibet gram infundi nec actum meritoriuz simul habere. ¶ Et supposito q̄tale peccatū esset aliquo mō indispositio ad gratiam.q̄z tamen cum ipsa stat aliqua dispositio scilicet meritū que non est in paruulo.et ē maior dispositio q̄z ipsum sit indispositio. ideo ꝛc. ¶ Quinta propositio stat de lege ordinata q̄ de duobus paruulis baptisatis vnus recipiat maiorem gratiā q̄z alius .q̄z in parentib⁹ vnius vel in ministro conferē te potest esse maior motus deuotōis q̄z alterius.propter q̄rum merita deus vni paruulo potest conferre maiorē gratiā q̄z alteri. Sed hoc non est virtute baptismi scz meriti. Et dicit scotus q̄ hoc modo forte fuit de beato Nicolao q̄ parentes eius meruerunt sibi talem gram que fuit principium tam mirabilis effectus vt duob⁹ diebus in ebdomada vnica lactatione ꝓtentus maneret. Et quo ad hoc melius est puerum a bono sacerdote baptisari q̄z a malo.q̄z eius orationes quas facit in baptismo magis exaudiunt z valent illi pro quo fiunt q̄z orationes mali. Ex quo sequitur correlarie q̄ stat de lege ordinata q̄ duo paruuli ineq̄liter premient in celo patet ex dictis.ptz etiā ex alio.quia puulus confirmatus moriēs babet maiorē gloriā q̄z baptisatus tm̄ z nō confirmatus Et ideo sicut dicit Adam expediret q̄ ista duo sacramēta scilicz baptismus z cōfirmatio sine magna mora inꝛpolita conferrent si adesset semper qui posset. sed episcopus nō semp est presens.ideo nō est consuetum fieri. Aliter tamē dicit Dolkot de ista ꝓfirmatione licz nō neget predictam viam scilicet q̄ licet paruulus baptisatus z confirmat⁹ habeat duas gratias z alius vnam tm̄.gratia tamen cōfirmationis nō est gratia vniuoce cum alia nec reddit habentem digniorē vita eterna.sed nata est reddere fortiorē habitū fidei Ad quē effectum specialiter ordinat. Et sic patz ō secundo effectu baptismi.

¶ Sexta ꝓpositio q̄ non omnes baptisati recipiunt equaliter terciū effectū baptismi scz remissionē culpe et pene.quia aliq̄ non recipiunt. ¶ Septima propositio .q̄ non omnes baptisati recipiētes predictum effectum equaliter recipiunt ipsum.patz ex dictis in prima z secunda conclusionib⁹.

¶ Octaua ꝓpositio est q̄ omnes baptizati equaliter recipiunt effectus baptismi quātum est ex pte baptismi.z hoc probat ratio post oppositaz q̄stionis. Et si quandoq̄z sit inequalitas hoc est ex pte dispositionis alterius z alterius alio z in alio suscipiente. vl̄ in alijs ꝓ eo sicut patet ex supradictis. Et sic patet de cōclusione. ¶ Sed hic ē dubiū vtrum stet ō lege ordinata q̄ gratia vnius adulti sit equalis vel minor q̄z gratia baptismalis vnius paruuli Videtur q̄ sic. quia cum iste sunt eiusdem speciei et ꝑma non excedat in infinituz secundā sequitur q̄ gratia huius adulti poterit diminui quousq̄z fiat equalis vel minor ꝛc. ¶ Dic potest dici primo q̄ quelibet gratia debita merito ꝑsonali est maior q̄z gratia infusa in baptismo seu gratia baptismalis.z ideo est dare minimū actum meritoriū qui habz p se subsistere cui respondet gratia vna minima data pro merito voluntatis.licet nō sit minimus actus meritorius simpliciter.q̄z quelibet pars illius actus meritorij z q̄libet pars gratie est gratia.nō tamen possz a voluntate viatoris fieri actus meritori⁹ p se existens minor isto.ideo non est possibile q̄ vnus adultus mereatur in duplo minus z iterum sic vsq̄z ad equalitatem puulī.quia stat⁹ est in minimo actu meritorio per se existente qui est maioris gratie meritorius q̄z sit gratia paruuli. Et si dicat nihil est tam in potestate voluntatis q̄z actus suus.ergo quocūq̄z dato ꝑt causare minorem.concedendo q̄ minor est.sed non erit

meritorius. licet pars huius actus meritorij sit minus meritū. sed si per se existeret nō esset meritum. Exemplū. medietas huius ignis agit ad aliquam distantiā ad quā nō ageret si per se existeret. sicut patet in casu.

¶ Secundo modo potest dici concedendo conclusionē scz q possibile est adultum cathecuminū mereri tantā grām ante baptismū precise quanta cōferet puulo in baptismo. Item potest concedi ꝺ peccatore q potest ita remisse conteri ꝛ cum talibus circumstantijs q nō habebit maiorem grām q̄ paruulus in baptismo. ¶ Tercio mō ꝓt dici q ꝓdicte gratie scz baptismalis et gratia meriti personalis non sunt comparabiles. qz non sunt eiusdem speciei. Unde ꝑm Thomā gratia baptismi ꝛ confirmatiōis. et gratia virtutū ꝛ donoꝝ distinguunt ꝑm speciem. quia ad alios effectus ordinātur. Et ꝑm hoc si sit verum patet de dubio et p consequens de questo principali. ℔

¶ Tunc ad rationes. ¶ Ad primam patet quid dicendum. ¶ Ad secundaz cōcedo q in casu baptismus plꝰ valet puulo q̄ adulto. scilicet quando adultus ante baptismū est iustificatus. ꝛ hoc probat ratio. et nō est contra dicta prius. ¶ Ad terciam quātuz ad illud quod concludit de duobus adultis conceditur. nec est cōtra dicta. Sz q̄ntum ad id quod arguit de duobus paruulis potest dupliciter dici. Uno modo q omnes paruuli sūt equales in naturalibus quo ad id in quo gratia immediate recipitur. quia omnes anime sunt equales in perfectione. licet sint inequales in dispositionibus suorum corporum. Alio modo posset dici. si teneretur. q anime nō sunt eque perfecte essentialiter sicut videt sonare articulus parisiensis. ¶ Unde potest negari consequentia. sunt inequales in naturalibus. ergo gratia causatur perfectior in perfectiori anima. Et quando arguitur Sacramentum equaliter agit ꝛ actus actiuorum sunt ꝛc. Dico q sacramentuz proprie non agit gratiam sed deus libere agit eam quādo sacramētū suscipitur. et ideo potest causare maiorem vel minorē. sicut sibi placet. quare ꝛc.

¶ Questio quarta.

A

¶ Quero circa distinctionez septimam huius quarti libri Utrū sacramentum confirmatiōis sit sacrm noue legis. ¶ Arguit primo q nō. qz in toto euāgelio nō legit vbi xp̄us ipm instituerit. igit ꝛc. ¶ Secūdo qz in tota scriptura noue legis nō legit de forma ipsi⁹ aut ꝺ materia. igit ꝛc. ¶ Tercio. qz ꝓfirmatio de lege cōmuni nō est possibilis in via. igit ꝓfirmatio nō est sacramentū Cōsequntia tenet. añs patet. qz de lege ꝓmuni soli beati sunt ꝓfirmati in bono. i. ꝓstanter firmi in bono igit ꝛc. ¶ Oppositū tenent oēs. ꝛ patet per mgrm in hac distin. ꝛ de ꝓse. distin. v. p totum. In hac questione erunt tres articuli In primo videbit q̄d sit ꝓfirmatio. In secundo soluet q̄stio. In tercio mouebit triplex dubitatio. B ¶ Quantū ad p̄mū articulū diffinitio confirmatōis vt hic sumit pōt assignari talis. Cōfirmatio est vnctio hoīs viatoris viri scz vel mulieris nec actualiter nec habitualiter dissentiētis facta in frōte in figura crucis cū crismate sanctificato ꝛ hoc a ministro ydoneo simul cū intentiōe debita inungēte ꝛ certa ꝛba proferente ex institutiōe dei signās vnionē aīe p grām roborantē ad ꝓfitendū cum fiducia fidē xp̄i. Et ex hac diffinitōe patent sex corelaria. ¶ Primo patet q hic nō sumit cōfirmatio vt est constans firmitas in bono. nec vt est signū talis ꝓfirmationis. quia talis de lege ꝓmuni solum est in beatis. Sz capit p quadā vnctiōe que est signū cuiusdā spūalis roboris qō fortificat ī bono nō tñ sic ꝓstāter vl firmit q̄n hō possit de lege cōi cadere ab illo. ꝛ talis vnctio est sacrm. Et sic patz solutio tertie rōnis añ oppositū q̄stiōis. ¶ Scdo ex dicta diffinitiōe patet q̄d sit materia hui⁹ sacrāmti. qz crisma sanctificatū. i. oleū oliue balsamatū seu mixtū cū balsamo ab epo ꝓsecratū vl ab alio cui talis ꝓsecratio pōt ꝓmitti. Q aūt hec sit materia ñ legit ex euāgelio sz autoritate eccl'ie ¶ Tercio ptz q̄d sit forma hui⁹ sacrī qz certa verba ista scz signo vel ꝓsigno te signo crucis. ꝓfirmo te crismate salutis vel sanctificationis. in noīe patris ꝛ fi. ꝛ ſſ. amen. ¶ Quarto patet q̄s sit ꝓferens hoc sacrm qz minister ydoneus epus scz vl alius cui hoc ꝓmitti potest Et requirit ex pte mistri

simultas in faciendo vtrūq; actū.s.vnctio
nis ⁊ prolationis forme ⁊ etiam debita in-
tentio que oīa debēt intelligi sicut supra d̄
baptismo. ¶ Quinto patet quis sit suscipi
ens hoc sacramentū.qꝛ homo viator vir.s.
vel mulier nec actualiter nec habitualiter
dissentiēs. Uel ꝑm Scotū aliqualiter cō
sentiēs aut nunq̄ꝫ vsus libero arbitrio Sꝫ
de hoc dicendū vt dictum est supra de bap
tismo. Sed iste est solum suscipiens ꝑm de
terminataꝫ ꝑtem scilicet frontem. ⁊ ideo ex
ꝑte suscipientis requirunt̄ duo p̄ter illa q̄
requirunt̄ in baptismo scilicꝫ frons. ⁊ etiā
ꝙ baptisatus sit.quia baptismus est ianua
sacramentorum.distinc.xv.sollicitudo.
¶ Sexto ex dicta diffinitione patet q̄d sit
effectus huius sacramenti ꝑ hoc ꝙ dicit̄ si
gnans vnctionē anīe.⁊c̄. Unde effect⁹ hu-
ius sacramēti est acceptio spūssancti ad ro
bur ꝯtra oīa tentamenta.⁊ ꝯfortatio aīe in
virtute ⁊ spāliter in virtute constantie in fi
dei confessione. Uñ Actuū.viij. Tunc im
ponebant manus sup illos ⁊ accipiebāt.ss.
Et sic patent sex correlaria circa istd̄ sacra
mentū. C ¶ Sed ꝯtra p̄dicta successi
ue ⁊ ꝑ ordinē obijcit̄. Primo ꝯtra materiā
⁊ formā simul.qꝛ xp̄us non sic instituit nec
apostoli tali forma vel materia vtebantur.
sed impositiōe manuū vt tactuꝫ est. ¶ Se
cūdo ꝯtra materiā specialiter.quia in bap
tismo non est necessaria aq̄ consecrata.igit̄
nec hic oleum ꝯsecratū. ¶ Tercio ꝓbatur
ꝙ non oportet ꝙ minister sit ep̄s.qꝛ de con
se.disti.v.ꝑuenit.dicit̄ sic. Ubi episcopi de
sunt vt presbiteri etiā in frōtib̄ baptisatos
crismate tangere debeant ꝯcedim⁹.igit̄ ⁊c̄.
¶ Quarto probatur ꝙ nō oportet ꝙ susci-
piens sit baptisatus qꝛ Actuū.xix. paulus
fuit ꝯfirmat⁹ ꝑ īpositionē manuū ab ana-
nia ⁊ accepit.ss.⁊ tamen nōdum erat bapti
satus.igit̄. ¶ Quinto obijcitur de effectu.
quia in baptismo in extrema vnctōe in or-
dine ⁊ penitentia accipit̄ spūssanctus ⁊ dat̄
gratia.sed quicūq; accipit.ss.⁊ cuicūq; da
tur gratia ipse ex hoc efficit̄ in spū fortior ⁊
in virtute cōfirmat̄ et roborat̄. Cur igitur
ista datio.ss.appellatur confirmatio sicut il
la de qua supra.⁊ que differentia effectuuꝫ
hic ⁊ ibi. D ¶ Ad p̄mū istorū potest di
ci ꝙ supponit̄ sic institutū fuisse a christo.et
apostolos sic vsos fuisse.licet hoc nō legat̄
in scriptura. qꝛ aliter ecclesia nō sic vteret̄
nisi sumpsisset ex doctrina christi ⁊c̄. Nec ē
incōueniens multa esse edita a xp̄o autēti-
ca ꝑ apostolos que tñ in scriptura nō legi-
mus sicut dicit Dam̄.li.ij.capi.iiij. De for-
ma vero tenet dñs Armacan⁹ li.ix.de q̄st.
arme.ca.xxij.ꝙ ꝓbabile est vnaꝫ esse formā
baptismi ⁊ oīm istoꝝ sacramentoꝝ scꝫ con
firmatiōis.ordinis.pnīe.⁊ extreme vnctio
nis.q̄uis multas ⁊ diuersas oratōes eccle
sia in ipsoꝝ collatione exerceat. Nā ipse te-
net li.viij.ca.ix.ꝙ ista v̄ba vel eoruꝫ sensus
scꝫ in noīe p̄ris ⁊ filij ⁊.ss.sint forma baptis
mi q̄uis exigant̄ alia verba. Et ita cōseq̄n
ter dicit de predictis sacramētis Sꝫ quia
hoc cōiter nō tenet̄ nō assero.licet iste bene
loquat̄ ꝯsequenter ad scripturam sacram.
¶ Ad secundū dico ꝙ christus oēm aquā
tactu sue mūdissime carnis sufficienter cō
secrauit in vsum baptismi. ideo nō requiri
tur specialis cōsecratio. Et hoc rationabi
le fuit propter necessitatem baptismi secus
in proposito.ideo ⁊c̄. ¶ Ad terciū duplicit̄
pōt dici ꝑm Scotū. Uno modo ꝙ in p̄mi
tiua ecclesia nō erat differētia īter sacerdo
tes et episcopos.et hoc ipse probat diffuse
et etiam dominus Armacan⁹ li.xj.de q̄sti.
arme.ꝓlixe declarat ꝙ nullus p̄latus habꝫ
amplius de potestate ordinis siue sacramē
tali q̄ꝫ simplices sacerdotes. Et in ca. q̄rto
ostendit ꝙ simplices sacerdotes habēt po-
testatē ꝯfirmandi ⁊ absoluendi a quocūq;
peccato.tamē ꝑm eum si hoc faciāt peccāt.
⁊ sunt grauiter puniēdi.de hac materia in
feri⁹ videbit̄. Alio mō potest dici ꝙ si a p̄n-
cipio nō licuit sacerdoti cōi tamen in dicto
casu papa potuit quēlibꝫ illius regiōis ad
cui⁹ ep̄m scribebat facere ep̄m q̄ntuꝫ ad il-
lum actum.⁊ tunc quilibet eoꝝ vere et lici
te ꝯfirmabat tanq̄ꝫ ep̄us q̄ ad illud licꝫ nō
quo ad alia. Et ratio huius dispensatiōis
potuit esse scandalū vitandū. ¶ Ad q̄rtuꝫ
p̄t dici ꝙ baptismū flumīs p̄cedere nō req̄
rit̄ simpl'r.sed vel ip̄m aut aliq̄d eq̄ualens
q̄le credit̄ tunc fuisse in paulo cū vidissꝫ ar
chana ⁊c̄. ¶ Ad q̄ntum pōt dici ꝙ in alijs
sacramētis vel in alijs acceptionib̄.ss.q̄b̄
legit̄ in scriptura ñ accipit̄.ss.sicut hic.nec
ad similem effectum.qꝛ abundantius q̄ꝫ in
alijs sacramentis in isto dat̄ vigor resisten
di peccatis.et principalis effectus ei⁹ ē cō-
firmare anīam in virtute.iuxta illud Uos
autem sedete in ciuitate quousq; induam

ni virtute ex alto. Et precipue in virtute cõ/
stantis confessionis fidei. iuxta illud Actuũ.
iiij. Virtute magna reddebant apostoli te
stimoniũ resurrectõis domini ꝛc̃. In alijs
autẽ sacramentis est alius effectus ꝑprius
ideo hoc solum vocatur confirmatio. ꝛc̃.

¶ Et hec de primo articulo.

¶ Quantum ad secundum articulũ.
in quo soluenda est questio. ponã tres con
clusiones. ¶ Prima sit hec ꝙ confirmatio
est aliquod sacramẽtũ ab alijs sex sacramẽ
tis noue legis distinctũ. ista patet satis ex di
ctis. ¶ Secunda ꝙ confirmatio est noue le/
gis sacramentum a christo institutũ. Pri/
ma pars sequit ex secunda ꝛ totum patz ex
actibus apostolorũ. qui conuersis ad fidẽ
et baptizatis manus imponebãt. Act. viij.
ꝛ xix. capl'is. ¶ Tercia ꝙ confirmatio seu
confirmatõis sacramentũ fuit a christo in
stitutũ. ꝛ ipsuz sic fuisse institutũ fuit ab eo
declaratuz Mar. x. Mat. xix. quando scz
imponebat manus super paruulos ꝛ bene
dicebat eos sicut ibidem legitur. non enim
alibi legitur christum hoc exercuisse sacra
mentũ. ¶ Sed contra ista arguitur. Pri
mo. quia in autoritatibz allegatis nulla fit
mentio de confirmatione sed solum de ma
nuum impositione. modo in collatione sa
cramenti ordinis manus imponunt. Un
de de ipso apostolus dicit ꝑma ad Thi. v.
Manus cito nemini imposueris. Idẽ fit
in sacramento extreme vnctionis. Marci
vlti. Super egros manus imponent ꝛ be
ne habebũt. quare nõ videtur ꝙ hoc sacra
mentũ dicatur manuuz impositio plus ꝯz
aliud predictoꝝ. Et ꝑ consequẽs impertinẽ
ter concludit supra de institutione confir/
mationis. ¶ Secundo non legitur ꝙ illi
paruuli quibz christus manus imposuit ꝑ
us fuerint baptizati vt sacramentũ confir/
matiõis possent accipere. ¶ Tercio si hoc
sacramentũ fuit a christo institutum vl' fu
it a christo institutũ vel fuit ab ipso suis a/
postolis collatum ante suam passionẽ vel
non. Si non. contra. quia hoc magis de/
buit fieri in eis qui erant ad predicationez
fidei cum periclo corporis mittẽdi ꝯz par/
uulis qui huiusmodi pericula non erãt su
scepturi. Si sic. ergo illa receptio. ss. in die
penthecostes non fuit apostolis sacramẽ/
tum confirmatiõis. aut fuit secunda cõfir
matio ipsorum. ꝛ sic fuit duplex sacramen
tum cõfirmationis in eis. quare erit itera/
bile ꝛc̃. F ¶ Ad primum dico primo
ꝙ in ꝓdicta impositione manuuz christi ꝛ
apostolorũ fuit aliquod sacramentũ colla
tum. ꝛ hoc videtur clarum cum appareat ꝙ
illam impositionẽ spũmsanctum datuz fu
isse. ¶ Dico secundo ꝙ ex facto christi qui
hoc sacramentuz paruulis ꝓtulit. ꝛ ex hoc
facto apostolorũ qui ipsum statim baptiza
tis ꝓtulerunt. satis patet ꝙ hoc sacramen/
tum debet alia sacramenta de cursu ꝓmu/
ni precedere que non dantur nisi prouect
ꝛ discretionẽ hñtibz ꝛ ipm debet dari oñi
bus baptizatis. ¶ Ex ꝙ patz tercio ꝙ ratio
nabiliter placuit sanctis patribz hoc sacra
mentum impositionis manuũ siue potius
eius effectum confirmationẽ vocare. quia
scilicet baptizatis recipientibus per baptiz
mum spũmsanctuz ad remissionẽ peccato
rum. statim debet dari hoc sacramentũ ad
receptionẽ spũssancti vt habeant virtutez
ampliorem tentationibz resistendi ꝛ confir
mentur in bono ꝛc̃. ¶ Ex quo patet quar/
to quare hoc sacramentũ ꝓ ceteris in ꝙ/
bus manus imponunt vocetur manuum
impositio. quia scilz hoc sacramentum ge
neraliter cunctis baptizatis debet confer/
ri. non sic autem alia. ideo nomen ꝓmune
sibi meruit appropriare. ¶ Ad secundũ di
co ꝙ supposito ꝙ illud nõ legeretur tamen
sic esse tenendũ est scilicet ex ordine quẽ te
nebant apostoli. Et tamẽ satis illud habe
tur. quia christus dicit ꝙ taliuz erat regnũ
celorum. quod nõ conuenisset illis puulis
si fuissent in peccato. ꝛ ꝓsequens si nõ fu
issent baptizati aut circũcisi aut aliaz a pec
cato purgati. B ¶ Ad tercium duplici/
ter potest dici ꝑm Armaca. li. nono ca. xiiij
Uno modo ꝙ ex tota serie euangelij nõ ap
paret ꝙ christus alijs a paruulis supra di/
ctis hoc sacramentũ contulerit ipso existẽ
te in terris corpaliter. ꝛ ideo in die penthe
costes ipsis apl'is ꝛ discipl'is ꝙgregatis in
vnũ ꝑmo dat' fuit spũssanct' vice hui' sa/
cramenti confirmationis siue impositõis
manuũ Actuũ. ij. Et qz xps in hũanitate
absens erat. loco ipositõis manuũ cecidit
ignis ab eo missus supẽ capita singl'oꝝ. ꝙlis
appitio nõ legit cũ apl'i man' alijs ipone/
bãt. Alio mõ si ꝙs velit dicere ꝙ apl'i ante
xpi passionẽ hñ sacrm suscepant. ꝓ quo vi
det facere ꝙ apostoli baptizatis quibusꝙz

statim man⁹ imponebant qđ non fecissent vt videtur nisi cū eis ita actuz fuisset a xp̄o tunc cōsequēter potest dici ꝙ illa donatio spiritussancti in die penthecostes non fuit eis sacramentū confirmatiōis sed aliis discipulis qui cum eis erant Prima aūt via videtur ꝓbabilior huic doctori. licet ex ea sequatur ꝙ apostoli sacramētū ordinis añ sacramentū confirmationis susceperunt. quod ipse ostendit non esse inconueniens Secunda autē via simpliciter concederetur ab eo si tamen ostenderet quid apostoli susceperunt in die Penthecostes cū eis christus promiserit dare spūmsanctuz. Et si declaret quomodo illa taz ingens datio spiritussancti non fuerit sacramētuz quod est difficile vt dicit. H

¶ Quantū ad terciū articulum soluenda est triplex dubitatio. ¶ Prima est vtrum ħ sacramentū sit necessarium ad salutē. Videt ꝙ sic de conse. distin. ij. Omnes fideles ꝑ manus impositionē episcopoꝝ post baptismū spiritumsanctuz suscipere debent vt pleni christiani inueniant. ibi dicit debent ¶ Item quilibet tenet esse plenus christian⁹ Respondet ꝑm Scotum ꝙ nō est simpliciter necessariū. iuxta illđ Mar. vl. Qui crediderit ⁊ baptisatus fuerit ⁊c. est tamen necessariū adulto sic ꝙ nō contēnat alias nō est plenus christian⁹ vt dicit autoritas ⁊c. Dicit tamē dominus Armacanus ꝙ receptio huius sacramēti in adultis habet vim p̄cepti ita ꝙ ipsa est necessaria si haberi possit. Et hoc ipse probat libro quarto capitulo. xxij. et respondet ad obiecta contra ⁊c.

¶ Secunda dubitatio Utruz hoc sacramentum sit iterabile vl' non. Respondet ꝙ iterari non debet. et si iteretur nullum effectum habet. de consecra. distin. ij. dictum. Unde scienter iterans peccat mortaliter. Ratio autem sola ⁊ principalis est institutio diuina. de qua non patet clare ex scriptura sed autoritate ecclesie ⁊c. I

¶ Tercia dubitatio. Utrum pena iterantiū hoc sacramentum sit irregularitas Respondent canoniste ꝙ sic. Quod probāt ꝑ locum a simili de baptismo ꝑ casum. de cōsecra. distin. iiij. Quibus tamen Scotus dicit oppositum. quia nulla pena canonica q̄ nō est inflicta a papa condente ius incurritur ipso iure. nec propter argumentū exponentiū canones siue a simili siue a ꝯtrario sensu est aliquis tali pene astrict⁹. quia possunt exponere ius conditu non nouū ius cōcedere. Cū ergo non inueniat exp̄sse dicta pena in iure imo magis oppositum de conse. distin. v. dictuz. vbi nulla pena infligitur episcopo iterū confirmanti vl' etiā suscipienti nisi ꝙ soli đo sub habitu monachali vel clericali seruiat. illud eniz innuit non penam irregularitatꝫ sed magis oppositum. Igit illa pena nō est imponēda maxime cum pene sint restringende. ⁊c.

¶ Ad rōnes q̄stionis patet q̄d dicēdū sit. De sacr̄o eukaristie. ¶ Questio q̄nta.

A

Q Via postquā magister egit de sacramento baptismi quo regeneramur. et de sacramento confirmationis quo roboramur. consequenter agit ab octaua distinctiōe vsqꝫ ad decimāq̄rtā de sacramēto eukaristie q̄ nutrimur Ideo quero Utrum idem corpus xp̄i localit sit in celo ⁊ realiter in eucharistie sacramēto.

¶ Arguitur primo ꝙ nō. quia si sic seq̄ret ꝙ corpus xp̄i distaret a seipso Cōseq̄ns videt implicare. ⁊ ꝯña tenet. qꝛ quanta est distantia inter loca tāta est inter locata vt videt claꝝ. igit ⁊c. ¶ Secūdo sequeret ꝙ xp̄i corp⁹ ⁊ spēs eucharistie essent eq̄lia. Cōseq̄ns apparet falsum. ⁊ ꝯña ꝓbat. qꝛ q̄ occupant locū eq̄lez sunt eq̄lia. Nā q̄cunqꝫ vni ⁊ eidē sunt eq̄lia inter se sunt eq̄lia. ⁊ loc⁹ est eq̄lis locato et econtra. Si ergo corp⁹ xp̄i et species ille occupant equalē locū. sequit ⁊c. ¶ Tercio si sic. vel omnis actio et passio ⁊ omne accidēs q̄ insunt corpi xp̄i localiter existenti in celo etiā insunt eidē existēti in eucharistia vel nō. Si dicat ꝙ sic. cōtra. qꝛ in eucharistia nō p̄t videre nec audire nec videri nec audiri. ⁊ ista ꝯpetūt sibi in celo. igit. Si dicat ꝙ nō. cōtra actiuo sufficiēter approximato passiuo pōt seq̄ actio. sꝫ sic est hic. igit ⁊c. Oppositū tꝫ fides ꝓpt illđ dictum xp̄i. hoc est corp⁹ meū. ¶ In ista q̄stione erūt tres articl'i. sic in p̄cedentib⁹.

¶ Primo videbit q̄d est eucharistia. Secūdo de q̄stiōe ꝓposita. Tercio de illo qđ tāgit rō t̄cia. s. vtꝫ oīs actio aut passio ⁊ oē accidens qđ inest corpi xp̄i existenti in celo possit eidē inesse sub eucharistie sacram̄to

B ¶ Quantum ad primū articulū ꝑm

questio quinta

Scotū et cōmuniter loquentes Euchari
stia est sacramentuz corporis xp̄i contenti/
uum sub speciebus panis ⁊ vini post cōse/
crationē factam a sacerdote sub certis ver
bis cum debita intentiōe prolatis ex insti/
tutione diuina veraciter signans corp⁹ xp̄i
⁊ sanguinez sub vtraq; panis scz ⁊ vini spe
cie realiter contineri. ⁊ ipsum digne come/
dentes aut bibentes spiritualiter refici Et
hec descriptio patebit ex dicendis. Ex hac
descriptione patent sex correlaria. ¶ Pri/
mo patet quid sit materia huius sacramen
ti. quia panis ⁊ vinum. Et debet esse panis
triticeus cum aqua elementari coagulat⁹
de ꝯsecra. distin. ij. capl'o Non oportet. Et
capl'o sequenti. Cuius congruētia accipit̄
ex illo verbo christi Johan. xij. Nisi granū
frumenti ⁊c̄. Ubi christus grano frumenti
se comparat Debet etiam esse vinū de vua
expressum. de conse. distin. ij. Uinum. Cu
ius congruētia accipitur ex illo verbo xp̄i.
Ego sum vitis ⁊c̄. Ubi christus se compa
rat viti. Et ideo vinū artificiale vel qd̄ nō
est de vite non est conueniens materia hu/
ius sacramenti. Ratio autē omniū istoruz
est sola institutio diuina. q̄uis congruētie
ad hec possint dari. ¶ Secundo patet q̄d
sit forma huius sacramenti. quia certa ver
ba a sacerdote prolata. Pro quo pono ali/
quas propositōnes. ¶ Prima est ꝙ forma
consecrationis corporis sunt hec v̄ba. hoc
est corpus meum. Unde illa cōiunctio enī
non est de essentia forme sed ponitur ad cō
tinuandū. ne illa verba que sunt de forma
ꝓferantur sine precedentib⁹. ¶ Secunda
ꝓpositio ꝙ illa verba precedētia debēt dici
propter reuerentiā vel ꝓpter orationē p̄mit
tendā. licet non sint necessaria ad ꝯsecrati
onem faciendam. ¶ Tercia ꝓpositio Q ad
ꝯsecrationem sanguinis ista verba sunt ne
cessaria vel eoꝝ sensus. hic est sanguis me/
us. quoniā om̄es quatuor euangeliste in il
lo sensu concordant quia idem intelligit̄ ꝑ
ista. hic est calix sanguinis mei hic est enim
sanguis meus. hic est calix in meo sanguīe
que verba illi quatuor posuerunt. Hec au
tem verboꝝ diuersitas fuit forte propter h̄
quia a principio in diuersis linguis scrip/
serunt. vel quia ex diuersis liguis in latinū
translata sunt euangelia. vel quia sic volu/
it spiritussanctus vt sciretur ꝙ non eadem
verba requirunt̄ sed equiualens sensus. vl̄
propter aliud misterium. Non est ergo du
bium sensum illorū exigi ad consecrationē
sanguinis. sed vtrum aliud requiratur du
bium. ¶ Pro quo sit quarta ꝓpositio ꝙ nō
est certum ex scriptura vtrū illa verba que
precedūt aut sequunt̄ in canone misse s̄m
vsum ecclesie. aut aliqua alia a predict⁹ re/
quirant̄ ad consecrationē sanguinis. Ido
periculosum est hic aliquid asserere. qz ad
hoc autoritas sufficiens non habetur. sed
non est ꝑiculosum ignorare. qz videt̄ igno
rantia inuincibilis vt dicit Scotus. Et d̄
hac materia tractat Armacanus li. ix. a p̄n
cipio vsq; ad quintū capl'm. sed transeo cā
breuitatis. ⁊c̄. ¶ Quinta propositio que se
quitur ex predictis est. ꝙ non est necesse in
quolibet sacramento scire precise que v̄ba
sunt de forma ad hoc ꝙ aliquis ꝯferat sa/
cramentū. ¶ Sexta est ꝙ in casu talis du/
bij sufficit intentio faciendi quod facit ec/
clesia. ideo sacerdos debet distincte legere
verba canonis a principio vsq; ad finez. et
oppositum facere esset peccatū. quia ibi me
lior est simplicitas q̄ subtilitas. ¶
¶ Tercio ex dicta descriptione patet quis
sit minister hui⁹ sacramenti. quia sacerdos
certa verba proferens cū debita intentiōe.
Pro quo pono aliquas ꝓpositiōes. ¶ Pri/
ma est ꝙ solus deus potest hoc sacramētū
conficere causaliter. ¶ Secunda ꝙ crea
tura potest hoc sacramētū ꝯficere ministe
rialiter. qz deus sic ordīauit vt in quolibet
sacramento minister posset esse homo.
¶ Tercia est ꝙ ad hoc vt creatura confici
at hoc sacramentū ministerial'r soluz tres
conditiones requirunt̄ simpliciter. ¶ Pri
ma est ꝙ sit sacerdos. Scd̄a ꝙ ꝓferat ver/
ba ꝯsecratiōis. Tercia ꝙ habeat intentōez
faciēdi qd̄ eccl'ia ītēdit. Prima ꝯditio ē spe
cialis in hoc sacram̄to. Et ꝓbat̄ extra d̄ sū.
trini. ⁊ fide ca. Et fundat̄ Mat. xxvj. Hoc
facite ⁊c̄. Uel hoc. quotiēcūq; feceritis ⁊c̄.
Ubi xp̄s loquitur discipulis quib⁹ succe/
dunt in eccl'ia soli sacerdotes. Scd̄a con
ditio ⁊ tercia sunt cōmunes alijs sacramē/
tis. Uñ propter defectū secūde nō pōt mu
tus ꝯficere. sed ꝓpter defectū tertie hoc non
pōt carēs vsu rōnis. sed illud pōt deg̃dat⁹
hereticus vel scismatic⁹. ¶ Quarta ꝓpō ꝙ
ad h̄ vt creatura cōficiat hoc sacramentuz
ministerialiter non solū simpliciter ⁊ abso
lute sed etiam decēter ⁊ ordinate aliq̄ alia a

predictis requirunt scz aliq̄ ex pte ministri vt q̄ nō sit subiectus pene canonice aut pene naturali super qua fundatur pena canonica. sicut q̄ nō sit degradatus irregularis excōicatus. suspensus ab executione sacramentorū. symoniacus vel infamis. q̄ non sit in naturalibus turpiter z scandalose defectuosus sicut leprosus. Item q̄ nō sit in peccato mortali z q̄ sit in ꝓuenientibus ornamentis vt habetur de ꝓsecra. distin. .j. vestimenta. Et q̄ habeat in missa respondentem in persona totius ecclesie. Similiter ex parte loci aliqua requirunt. Ex parte loci ꝓprie dicti duo. scz. primo q̄ non sit interdictus. secundo q̄ sit sanctificatus. Et istud secundum intelligēdum est nisi in casu necessitatis. Item ex parte loci impropie dicti scilicet altaris vel vasis requiritur q̄ altare sit lapideū z q̄ calix vel patena sit ō auro z argento aut ad minus de stanno. non de ere vel auricalco propter cōtractaz rubiginem. non de ligno vel vitro propter imbibitionē vel fractionem. Et debent oīa ista esse consecrata. ¶ Similiter aliq̄d requirit ex parte tēporis scilicz q̄ sit inter ꝑncipium diei et horam nonam intelligendo p̄ principium diei principiū aurore. Et incipit ꝑm autorē in libro de crepusculis qñ est sol sub orizonte ad octo gradus. z hoc ē intelligendū regulariter. Item istam temporis circumstantiā ꝓcomitatur vnuz qđ requirit tractum temporis scz q̄ dicat missacum certis orationibus ꝑm vsum ecclesie. Et de omnibus istis vide in Scoto libro quar. in fine distin. tredecime. vbi diffuse declarat ista que breuiter summaui q̄z licet sint vtilia tamē non sunt magne speculationis. D ¶ Quarto ex predicta diffinitione patet quis sit suscipiēs hoc sacramentū. q̄z comedens aut bibens. ¶ Pro q̄ distinguēdum est ꝑm Scotū q̄ hoc sacramentū potest aliquis suscipe quadruplicīter. Uno modo sacramentū z nō sacramētaliter. Secūdo mō sacramentū sacramētaliter z nō spūaliter. Tercio modo sacrm sacramētalit z spūalit. Quarto mō sacrm spūaliter z non sacramētaliter. ¶ Primo modo recipit sacramentū qui recipit hostiam consecratā. sed tamē non recipit eaz vt consecratam sed oīmino nō discernens eaz a cibo ꝓmuni. Et talis ꝑm apostolū .j. Corinth. xj. Judicium sibi manducat et bibit non diiudicans corpus domini. id est non discernens a ꝓmunib⁹ cibis. Et hoc si fiat ex infidelitate sicut in pagano. vel ex ꝓtemptū stante fide vt in malo christiano. Et ꝑ modo vnum brutū potest recipere hoc sacramentū. ¶ Secundo modo recipit sacramentū ille qui est in peccato mortali. et tamē credit ibi esse corpus christi z recipere cōmunionē ipsius. ¶ Tercio modo recipit sacramētū bonus fidelis sine peccato mortali qui cibum sine sacramentū corporaliter recipit z in cibum spūaliter conuertit. iuxta verbū Augustini. ¶ Quarto modo recipit sacramentū bonus fidelis deuote paratus ad susceptionē. qui tamē ꝓpter reuerentiam abstinet vel ꝓpter infirmitatē vel quia forte non habet ministrū. ¶ Istis tribus modis brutuz non potest suscipe sacramentum. sed duob⁹ vltimis solus bon⁹ recipit. E ¶ Quinto ex dicta descriptione patet quis sit effectus huius sacramēti. Est em̄ duplex effectus. Primus est realis continentia corporis z sanguinis christi sub speciebus panis z vini Secundus est refectio spiritualis illius qui digne recipit hoc sacramentū. Primus effectus probatur p̄ autoritatē Math. xxvj. vbi christ⁹ post cenā illud sacramentū instituit vt sub illis speciebus verum corpus eius z verus eius sanguis realiter contineret Et nō tm̄ tunc quando ipse confecit sed etiam quando postea a sacerdotibus conficeretur. Ad quod dedit autoritatem subdēs ibi. hoc facite in meā cōmemorationez. Unde q̄ hoc sacramentū semper sit in ecclesia q̄diu ipa durabit patet per illud. Quotiēscūq̄ panem hunc tē. mortem domini annunciabitis donec veniat. supple ad iudicandū. Uñ vsq̄ tunc durabit ecclesia militans z eukaristia in ea. ¶ Secundus effectus patet. quia congruum est illum specialiter refici qui digne recipit cibū spiritualem tē. ideo datur in specie cibi corporalis tē Si vero heretici vellent impugnare primuz effectū dicendo q̄ corpus christi non est ibi realit sed solum repsentatiue. z q̄ illa verba scilicet hoc est corpus meuz hic est sanguis meus dicta sunt figuratiue sicut illud Johānis decimoquinto. Ego sum vitis vera. Istud apparet esse contra intentionē christi. q̄z ꝑm Augustinum intellectus verborū christi ex precedentibus et sequentibus

potest haberi Unde vbi christus dicit ego sum vitis vera statī subdit ꝛ vos palmites Unde cōstat eum loqui figuratiue. Cum autem dicit hoc est corpus meuz statī subdit qđ pro vobis tradetur Lu. xxij. Et ita de suo sanguine. ideo ꝛc. Et si dicant isti ꝙ christus videns aliquos abisse retrorsum ꝓpter predicationē de eucharistia vbi dixit nisi manducaueritis carnē ꝛc. statim exposuit se dicens verba que locutus suz vobis spiritus ꝛ vita sunt. ꝛ ita videtur ꝙ nō intelexerit nisi ō carne sua figuratiue. Istō nō valet quia nō vult ibi negare veritatē corporis sui. sed vult ostēdere ꝙ nō est ibi corporaliter illo modo quo illi intelligebāt scilicet visibiliter ꝛ in ꝓpria forma. sed ꝑ oppositum ad istum modum intelligendi est ibi spiritualiter ꝛc. ¶ Sexto et dicta definitōne ꝛ immediate dictis patet quadruplex differentia ꝛ excellētia huius sacramēti super alia. ¶ Prima quia alia licet ꝯtū est de se sint signa vera tamen quādoq; nō habent effectum suū propter suscipiētis indispositionem. sed istud est veracissimū. qz nunq; caret primo effectu. ¶ Secunda ē quia istud realiter continet illud quod signat. alia non. ¶ Tercia. quia effectus istius est dignior q; in alijs. ꝛc. ¶ Quarta. qz alia sacramenta consistunt in fluxu ꝛ fieri. istud autem est quoddam ꝓmanens ꝛc.

H ¶ Sed contra predicta ꝑ ordinē mouenť aliqua dubia circa materiam. ¶ Primū dubium est. an panis azimus vl fermētatus vel vterq; sit materia huius sacramēti. ¶ Secundū Utrū apponere aquam sit de necessitate sacramenti. Et videtur ꝙ nō quia non apparet vbi christus instituerit ꝙ ponať aqua. igitur ꝛc. ¶ Ad primū dubiū dicunt greci ꝙ necesse est cōficere in fermētato. ideo negant latinos conficere. Antecedens ꝓbant. quia christus cōfecit in illo pane sicut nituntť declarare ex euāgelio. sz de hoc vide pro ꝛ contra in Scoto. ¶ Cōtra hanc heresim pono aliquas ꝓpositiōes ¶ Prima est ꝙ christus cōfecit in pane azimo ꝛ non in fermētato. Patet ꝑ illō Matthei. xxvj. Primo die azimoꝝ quesierūt discipuli. vbi vis paremus tibi pascha. Similiter Mar. xiiij. et ideo patet ꝙ ꝑma die azimoꝝ scz. xiiij. luna cum discipulis comedit christus agnum paschalem ꝟm legem. et illa die ꝓfecit ꝛc. ¶ Secūda ꝓpositio ꝙ nō solum in azimo sed etiaz in fermentato ꝓt confici. quia ꝟm Anselmū libro suo de azimoꝝ fermentato non differūt substantialr azimus ꝛ fermētatus. ideo non negam⁹ gręcos conficere in fermentato. Quod patet. quia a ꝓncipio tota ecclesia conficiebat in azimo. postea autem tempore leonis pape fuit constitutū ꝙ conficereť in fermentato sed illud fuit ad tps ad extinguendū heresim hebionitaꝝ q̄ dixerunt necessariuz esse christianos iudaisare. ꝛ per cōsequens pascha in azimo conficere. sed illa heresi extincta redit ecclesia occidentalis ad primam consuetudinem. ¶ Tercia propositio ꝙ minister siue latinus siue grecus conficiēs in fermentato grauiter peccat. qz talis facit contra ordinem siue constitutionem ecclesie que cōformis est quo ad hoc institutioni christi ꝛc. ¶ Ad secundum dubiū dicit Armacanus in libro quarto. capitulo nono ꝙ aqua in cōsecratione sanguinis necessario exigitur. quia licet non legať xp̄us sic consecrasse. tamen aliquibus verisimilibus rōnibus hoc probatur ꝛc. Scotus tamen dicit ꝙ non est simpliciter de necessitate sacramenti ꝙ apponatur aqua cum vino. quia etiam quando ponit aqua nō cōuertitur in sanguinem nisi sit primo cōuersa in vinum. ꝛ ideo ita modica est ponenda ꝛ ita tempestiue ꝙ ante consecrationē possit conuerti in vinū. ¶ Greci etiam non apponunt aquam vt dicit Innocētius de officio misse parte tercia. libro quarto. capitulo quinto. tamen minister tenetur ponere aquam propter preceptū ecclesie. etiam christus vinum aque mixtum consecrauit ꝟm Dama. libro quarto. capitlo q̄nto ꝛc.

D ¶ Sed circa formam sunt aliqua dubia. ¶ Primū est quando christus hoc sacramentū instituit siue quādo primo cōsecrauit. ¶ Secundum est. quid demonstratur per ly hoc. in illa propositione. hoc est corpus meum ꝛc. ꝛ quid signat ꝛc.

